

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Qvaestiones Novae In Libellvm De Sphaera Ioannis De  
Sacro Bvsto**

**Beyer, Hartmann**

**Francoforti, 1549**

**VD16 B 2492**

**urn:nbn:de:bsz:31-61747**

ES IN  
M DE  
RA  
THER

A

9



**BLB**

Badische Landesbibliothek  
Karlsruhe

63 A 799 R

- 1.) Ricardo, A., Quaestiones novae, in libellum de Sphaera Iohannis de Sacro Bustio...  
M. Titel-Holzsch.-Bordüre. Ffm. P. Brubach. 4 nn., 84 n. Bll. - 2.) Riccius, St., Quaesti  
unculae in eclogas Virgilii. argumenta Ph. Melanchthon. Ebda. 1546. 40 n., 20 nn.  
Bll. - 3.) Melanchthon Ph., Historia de vita et actis Mat. Lutheri ... O. O. 1548. 37 nn.  
Bll. - 4.) Ders., Oratio in funere ... Mart. Lutheri Wittenbg. o. Dr. 1546. 8 nn. Bll.  
5.) Luther, M., Aliquot epistolae. O. O. u. Dr. 1549. 28 nn. Bll. - 6.) Cicero, Oratio  
pro L. Murena annot. Ph. Melanchthonis. Köln, M. Gymnicus, 1545. 39 nn. Bll. - 7.)  
Sabinus, G., Oratio in funere Dominae Dorotheae. Brandburgensis. Wittelnb. V. Creu  
zer, 1548. 14 nn. Bll. - 8.) Melanchthon, Oratio recitata cum decerneretur gradus magi  
stri. o. Dr. 1548. 12 nn. Bll. - 9.) Cruciger, C., Oratio ab Erasm. Rhein  
holt Wittelnb. V. Creuzer, 1549. 16 Bll. - 10.) Melanchthon, Collatio locorum de con  
solutione ex philosophia & doctrina christiana a. Wittenbg., o. Dr., 1549. 8 nn. Bll.  
11.) Rbau, G., Epitaphia in obitum Jo. Rbau. M. Titelbordüre. O. O. u. Dr. 1548 8 nn.  
Bll.



**BLB**

Badische Landesbibliothek  
Karlsruhe




**BLB**

Badische Landesbibliothek  
Karlsruhe

QVAE  
STIONES NO-  
VAE, IN LIBELLVM  
de Sphera Iohannis de Sacro Busto,  
in gratiam studiose iuuentutis  
collectæ ab Ariele

[Edic. Hartmanni Beyes]  
Bicardo.  
1549.

FRANCOFORTI EX  
Officina Petri Bru-  
bachij.



1715379

AK

63 A 799



Z 0

# MAGNAE

PIETATIS ET ERVDITIONIS VIRO D. ANTONIO

Mullero Trapezitæ ordinis Teutonici Com-  
patri suo charissimo Ariel Bicardus.

S. D.



Olet doctrina de  
motibus corporum cœlestium à  
plæriscq; ut inuti-  
lis & incerta aut  
negligi aut conté-  
ni. Quām autem latē pateat usus  
huius doctrinæ, doctris & peritis e-  
ius artis iudicandum relinquo. Que  
enim esset barbaries & confusio, si  
nulla essent discrimina temporis &  
eius partiū? Deinde quid in hac na-  
tura certius esse potest ijs, quæ hæc  
doctrina tradit de reuolutionibus  
cœlestibus? Quæ certitudo docet  
hunc mundum à mente aliqua regi  
ac conseruari; ut & Paulus Rom. 1.

A 2.

E P I S T O L A.

gentes inexcusabiles esse dicit, propter ea q̄ ex creatione mundi ipsa eterna potentia ac diuinitas creatoris inuisibilis possit p̄uideri. Inique igitur faciūt, qui hanc doctrinā, aut quia eam ignorant, aut ex consuetudine calumniandi, contemnunt. Ac digna est hēc doctrina non tantum homine Philosopho, sed & Theologo, cū sit tanq̄ altera Theologia, &, ubi desinat Astronomia, ibi Theologia incipiat. Esse. n. Deū certissimi motus, et aptissima distributio et ordinatio corpor̄e ostendunt. Nam totus mūdus conditus est ut mōstret Deum autorem seu conditorē. De cuius Dei essētia et uoluntate, quātum quidē nobis in hac uita satis est, Sacre literæ nos erudiūt. Porro hāc doctrinā certum est propagatā esse hinc usq; à primis parentibus, & ueteres, apud quos māsit uera noticia de Deo, maiorē habuisse har̄e rebus cognitionem q̄ posteriores. Sicut et

Plato

## E P I S T O L A

Plato dicit : Credibile est maiores  
melius sciuisse res diuinias, q̄a cū es-  
sent à Deo orti, cognati & p̄piores  
ei fuerūt q̄ nos. Nam postea, quia na-  
tura humana erat corrupta, paula-  
tim in mentibus lux illa & cognitio  
non tñ de Deo, sed et aliar̄ artium,  
cœpit obscurari. Mansit tñ apud ali-  
quos, ut apud Patriarchas, noticia  
seu cognitio nō tñ Dei, sed et artiū,  
qui eas posteris suis tradiderunt. Si-  
cut ex Iosepho cōstat Abrahamum  
ex Canaan in terrā Aegypti profe-  
ctum, Arithmeticā & Astrologiam  
Aegyptij stradidisse, cū ante aduētū  
Abrahæ in Aegypto hæ artes peni-  
tus ignorarēt. Ex Aegypto postea,  
ut cōstat, in Græciā trāslatę sunt: in-  
de in Italiam; hinc ad nos. Debemus  
igīs has artes ut dona Dei cognosce-  
re, aut, q̄bus cognitio nō cōtingere  
pōt, magnificere & admirari. Ego,  
ut de me dicā, et si paruā har̄ artiū  
habeo cognitionem, tñ q̄ties hoc ad

A 3

E P I S T O L A

mirandū opus Dei, certā ordinatio-  
nem oīm reꝝ, uelocissimos & cer-  
tissimos motus corporꝝ coelestī in  
eueor, magna uoluptate afficior. Ut  
aut̄ huius mei animi & studij aliqd  
publicū extaret testimoniū, & rem  
adiuuarē, si quo mō possē, literariā,  
collegi ex uarijs authoribus has q-  
stiones, nō ut aliqua īnde ad me re-  
diret utilitas, sed ut artificibushuius  
artis dareſ occasio, ut utiliora & me  
liora adolescētibus pponerent. Ac  
spero quidē me his erotematib. exci-  
taturū doctissimū uirū M. Erasmū  
Reinholtū pfectorem Mathematū  
in Academia Vitebergēsi, hoīem ar-  
tificē huius doctrinæ, ut ædat aliqd  
in libellū sphæræ magis pfuturū A-  
stronomiæ studiosis, sicut & i Theo-  
ricas Planetarū eruditū cōmentariū  
conscriptis, qd authori Theoricarū  
magnā lucē affert. Tibi aut̄ cōpater  
charissime dedico hūc libellū, nō ut  
īnde aliqd discas, in hac doctrina iā  
olim

## E P I S T O L A

olim exercitatus, sed ut tantū sit sig-  
nificatio & externū testimoniuū uo-  
lūtatis meę erga te. Ac cōfido te, cū  
ante paucos dies tuā, in re Christia-  
no hoīe dignā, beneuolā mentē sūm  
expertus, & hunc animi seu ingenij  
fœtum lubēti ac benigno aīo suscep-  
turū, & hoc meū studiū erga Rem-  
pub. literariā nō improbaturū, pre-  
sertim cū sciā te multū tēporis in do-  
ctrina corporū cœlestiū cōsumpsis-  
se, qd & testāt libri tui & instrumē-  
ta, q̄ ipse cōposuistī, quæ in Musæo  
tuo uidi q̄ plurima. Rogoigīt ut hoc  
munus, si muneris seu xenij appella-  
tionē meref̄, benigno aīo excipias.  
Deus eternus pater dñi nostri Iesu  
Christi in his imperiorū ruinis, ac fu-  
rore Satanę & hoīm, Ecclesiā suam  
afflictam & dissipatā colligat, ac re-  
gat, eamq̄ & ministerium Euange-  
lij, literas & disciplinam conseruet.  
Bene uale, Calendis Ianuarij, 1549.

LOCI PRAECIPVI, QVI  
tractantur in his questionibus.

I

De ratione inueniendi diametri cuiusq; circu-  
li. & contrà de ratione colligendæ circumferen-  
tia ex oblate quolibet diametro seu linea in cer-  
tas partes distincta.

II

Ratio inuestigandæ elevationis seu altitudinis  
Solis Meridianæ in quoconq; loco.

III

Quomodo posse inueniri cuiusq; loci latitu-  
do seu eleuatio poli.

III

De distantijs locorum inueniendis.

V

De intelligendis temporum descriptionibus  
priscorum ætate.

VI

Quomodo per ortum aut occasum alicuius stel-  
le insignis possit definiri quoduis tempus datum.

VII

Ratio inuestigandæ longitudinis diei & no-  
ctis artificialis.

Tabulas & schemata, que in ultima editione  
sphærici libelli, qui Vitebegæ impressus est, conti-  
nentur, adolescentes huc accommodabunt.

QVÆSTIO-

Q V A E S T I O N E S I N  
S P H A E R A M I O A N N I S D E  
S A C R O B V S T O.

Ad quam partem Philosophia<sup>e</sup>  
pertinet hic libellus de  
Sphaera?

**A**d eam partem, quam generali uocabulo  
Physicam appellant. quod ut melius intel-  
ligas, dicam breuiter de Philosophia, &  
eius partibus præcipuis.

Quid est Philosophia?

Est certanoticia de artibus dicendi, de rerum  
natura, & de moribus, quantum humana mens asse-  
qui potest in hac corrupta natura.

Quæ sunt species Philosophie?

Species non habet, sed distribuitur in partes  
tres, in Logicam, hoc est, artes dicendi: Ethicam,  
hoc est, doctrinam de moribus: & Physicam, hoc  
est, doctrinam de natura rerum.

Quid est Logica?

Est pars Philosophie, quam Latini rationalem  
Philosophiam uocant, quæ complectitur artes di-  
cendi.

Q V A E S T I O N E S  
Quot sunt partes Logicæ ?

Tres. Grammatica, quæ loquendi & scriben-  
di rationem docet. Dialectica, quæ præscribit do-  
cendi rationem in his tribus partibus consisten-  
tem, uidelicet in definitione, divisione, & ratioci-  
natione, propter quam etiam speciali nomine à  
quibusdam Logica dicitur, & nō λόγος, que  
ux inter alia significata etiam rationē, hoc est,  
argumentum seu probationem significat. Rheto-  
rica, quæ docet rationem recte & ornate dicēdi.

Quid est Ethica ?

Est doctrina de honestis actionibus, conuenienti-  
bus naturae humanae, & necessarijs in hac civi-  
tate consuetudine, quæ traditum priuatam  
tum publicam administrationem, & vocatur  
Philosophia moralis. Huius tres sunt partes, E-  
thica specialis, Politica, & Oeconomica. Ethica  
specialis est, quæ priuatim tradit uirtutes commu-  
nes omnibus hominibus. Et hæc est pars legis di-  
uina, quæ de honestis exterrnis actionibus præci-  
pit, quam Paulus Rom. i. uocat δικαιωμα θεοῦ,  
eamq; tradit in posterioribus suarum epistolarum  
partibus. Politica uero, quæ à ciuitate uel ci-  
uilitate nomen habet, est rerum publicarum admi-  
nistratio.

## IN SPHAERAM

nistratio. Tradit enim uirtutes proprias his, quae  
Respub. gerunt, et regna administrant. Huc ar-  
tes pacis et belli reuendicande sunt: administratur  
enim Respublica legibus et armis. Politice tres  
sunt species. Monarchia, ubi solus princeps ali-  
quis gubernat. Aristocracia, ubi multi principes  
simul gubernant. Democratia, ubi populus ipse  
sine principibus Rem publicam gubernat. His  
tribus Politice species conueniunt tres species  
progressionis. Harmonica progressio est similis  
Monarchiae: Geometrica progressio Aristocra-  
tie: Arithmetica progressio Democratie. Oe-  
conomica deniq; quae à domo nomen habet, est  
priuata rerum administratio, siue scientia rei fa-  
miliaris gubernanda. Hec uigilantia et moder-  
tione affectuum potissimum administratur.

## Quid est Physica?

Physica, quæ à natura nomen habet, et natu-  
ralis Philosophia appellatur, est rerum natura-  
lium, et accidentium secundum naturam, cogni-  
tio. Huius due partes sunt, Physica seu Phy-  
siologia, et Mathematica. Physiologia, quæ et  
Physica specialiter appellatur, est naturalium

B 2

## Q V A E S T I O N E S

corporum & substantiarum scientia. Et docet de natura corporum naturalium, de rerum motu, principijs, causis, effectibus, officijs, partibus, accidentibus. Inquirit et cognitionem elementorum, qualitatum, causas naturales fulminum, uentorum, metallorum, &c. Excudit etiam naturas corporum animalium. hinc Medicina nata est. Mathematica complectitur quatuor disciplinas, ut uocant, Arithmeticam, Geometriam, Musicam, Astrologiam, quae coniuncte tribus artibus dicendi, uocantur septem artes liberales, propterea quod liberi homines his olim operam dederunt, uel quia discuntur honestatis non questus gratia. Arithmetica, quae a numerando nomen habet, est ars, quae tradit certam rationem numerandi. Geometria, quae a mensurando terram nomen habet, docet certam rationem mensurandi magnitudines terrae, & aliorum corporum. Musica, quae ab inuestigando seu perquirendo nomen habet, est ars, quae docet certam rationem uocum & sonorum ex numeris, uel est scientia canendi. Astrologia, quae ab astris nomen habet, ueteribus comprehen debat Astronomiam, & eam partem, quam nunc speciali nomine Astrologiam uocamus. Est igitur Astronomia doctrina, quae per Geometriam & Arithmeticam diuinitus inquirit & demonstrat  
uarios

IN SPHAERAM 3

uarios motus, magnitudines, ac distantes corporū cœlestium, & quæ omnes diuersitates & uicissitudines apparentiarum in Planetis & reliquis stellis saluat. Astrologia uero specialis, est doctrina, quæ ex stellarum uirtute, natura & situ, diuersos motus qualitatis & quantitatis in corporibus, mutationes atq; effectus prædicti. Vides hunc libellū de Sphera ad Astronomiam, quæ sub Physica continetur, pertinere. Continet enim hic liber prima elementa eius doctrinæ, quæ Astronomia dicitur.

Quare hic liber dicitur Sphæra:

Quia continet tractationem de Sphera, hoc est de corpore globoſo seu rotundo, uarios continentē circulos. Vnde etiam materiale Sphæram uocant. Dicit enim de apparentijs cœlestibus, & eas describit in instrumento, quod Sphæram materiam uocant.

Quod est subiectum libelli  
de Sphæra:

Primum mobile. Continet enim apparentias & diuersitates corporum cœlestium, quæ motu primi mobilis seu cœli ultimi causantur.

Quomodo diuiditur liber?  
Liber de Sphæra continet quatuor Capitula.

Q V A E S T I O N E S  
Quæ tractantur in primo ca-  
pitulo:

Primum capitulum tribus locis absolvitur.  
Primus locus continet quasdam definitiones uocum, quarum in sequentibus capitulois mentio fit, & sine quarum cognitione reliqua, quæ postea traduntur, intelligi non possunt. Secundus locus continet diuisiones Sphæra. Tertius propositiones quasdam de caelo, & de clementari regione.

In quo capitulo igitur dicitur  
de apparentijs

In tertio. Quia autem sine cognitione eorum, quæ traduntur in duobus prioribus capitulois de Sphæra, & eius diuisione, item de circulis, ex quibus Sphæram constitui imaginamur, tertius liber intelligi non potest, necessario definitiones, diuisiones, & compositio Sphærae præmittuntur.

PRIMVS LOCVS DE  
DEFINITIONIBVS.

Quot definitiones continet  
primus locus?

Quinque, uidelicet, duas Sphærae definitiones,  
an. 218

## IN SPHAERAM.

unam Centri, unam Axis, & unam polorum mundi.

Quæ est prior definitio Sphæræ?

Euclides in hunc modum definit sphærā:  
Sphera est transitus circumferentiae. reliqua quæ  
re in libello de Sphera.

Explica hanc definitionem.

Exemplo seu similitudine illustrior fiet definitio. Sumatur argilla, aut alia materia tractabili, cui diameter pro materie spissitudine inseratur: ad huius diametri extremitates semicirculus utrinque applicetur: hic semicirculus circumductus omnem inæqualitatem argillæ tollet, & argillæ figuram sphærācam seu rotundam efficiet. Tale corpus rotundum Sphera uel globus uocatur.

Quæ est posterior sphæræ definitio?

Theodosius aliam tradit definitionem. Sphæra est solidum quoddam &c. Reliqua quære in Sphera.

Explica definitionem.

Vocat Sphærām quoddam solidum, hoc est,

## Q V A E S T I O N E S

solidam quandam figuram. Sunt enim duplices figure, planæ et solidæ. Planæ figure sunt, quæ tantum duas dimensiones habent, uidelicet longitudinem & latitudinem, ut superficies, quæ fluxu linea et fit. Solidæ figure sunt, quæ omnes tres dimensiones habent, uidelicet longitudinem, latitudinem, & profunditatem, ut cubus, sphæra, pyramis &c. Deinde dicit sphæram esse solidum corpus, quia in mundo, qui sphæra dicitur, nihil est vacuum, sed omnia corporibus repleta sunt à mundi conuexitate, usq; ad eius centrum. Sunt enim duplices orbes, solidus & concavus. Solidus, globus seu sphæra dicitur, qui tantum unicam rotundam superficiem habet, conuexam uidelicet. Concavus uero orbis est, qui duas rotundas superficies habet, concavam & conuexam, uel interiorem & exteriorem, & habet in medio punctum, à quo lineæ eductæ ad alterutram superficiem inuicem sunt æquales.

Quæ est differentia inter has duas definitiones Sphærę?

Prior, uidelicet Euclidis, continet περὶ σφærαν seu operationem constituendæ sphærae, hoc est, docet quomodo debeat fieri sphæra. Posterior uero definit nobis sphæram seu globum iam absolutum et perfectum.

Quæ est

## IN SPHÆRAM

Quæ est definitio centri?

Centrum est medius punctus sphæræ uel circuli, à quo omnes lineæ ad circumferentiam eductæ sunt inter se æquales.

Quæ est definitio axis?

Est linea transiens per centrum sphæræ, applicans extremitates suas ad circumferentiam ex utraque parte, circa quam uoluitur sphæra. Sicut in rota axis est lignum illud, circa quod rota uertitur. Vocatur autem alio nomine diameter, & dimetiens.

Quæ est definitio polorum?

Sunt axis extremitates, seu eminentiae ex utraque parte.

Vnde dicuntur poli?

A πολέω, id est, uerto. Sunt enim axis uertices: & in his punctis cœlum circumuoluitur.

Quot sunt poli?

Duo, alter arcticus dicitur, item septentrionalis & borealis, qui in nostra habitabili parte semper supra horizontem est. alter antarcticus dicitur, item meridionalis & australis, priori oppositus, qui nobis semper sub horizonte manet.

B 5

QV AESTIONES  
SECUNDVS LOCVS  
DE DIVISIONIBVS.

Quomodo diuiditur sphæra?

Dupliciter, uidelicet, secundum substantiam,  
& secundum accidentem.

Quid hīc uocas substantiam,  
& quid accidentem?

Substantiam hīc uoco ipsam mundi essentiam,  
item partes cœli, ut sunt Planetæ, & eorū orbes:  
item circuli, quibus Sphaeram constitui imagina-  
mur, de qua substantia dicitur capitulo primo &  
secundo. Accidens uero uoco id, quod non per  
se, uel substantialiter Sphaerae inest, sed accedit il-  
li pro diuersa ratione seu positione illorum, qui  
terram inhabitant, ut eleuatio poli in locis diuer-  
sis non est eadē: non idem semper meridianus &  
horizon: item signa & circuli in diuersis locis di-  
uersam habent rectitudinem & obliquitatem in  
orientando & occidendo. Stellæ etiam pro diuersitate  
locorū diuersimode apparent. Hac omnia per  
accidens sunt: & per accidentem, hoc est, propter  
rotunditatem terræ, inesse Sphaerae dicuntur.

Quō diuiditur sphæra secundū  
substantiā: uel quot habet orbes?

Noūem, uidelicet, primum mobile seu ultimum  
exolum,

## IN SPHAERAM

cœlum, firmamentum uel sphæram stellarum fixarum, & septem sphæras septem planetarum, uide licet Saturni, Iouis, Martis, Solis, Mercurij, Veneris, & Lunæ.

Sunt ne plures sphæræ?

Quidam addunt adhuc unam Sphæram. Est igitur prima seu extrema sphæra primum mobile. Secunda est quæ uocatur nona sphæra, hoc est, firmamentum, seu sphæra stellarum fixarum. Tertia est, quam octaua sphæram uocant hec additur tantum propter motu trepidationis, seu accessum & recessum octauæ sphære, qui super paruis circulis sit in principijs arietis et librae, propter quæ motu maxima solis declinatio uariatur. deinde, ut supra, ordine sequuntur orbes septem planetarū.

Quare suprema sphæra uocatur primum mobile?

Quia est ultima, & suo motu omnes sphæras inferiores, quas ambit, secum rapit, qui motus omnium uelociſſimus est.

Habent ne sphæræ coelestes eandem magnitudinem?

Non, sed maiores sunt, quæ sunt primo mobiliter propinquiores: minores, quæ remotiores. Ut sphæra Saturni, cum sit inter sphæras Planetariorum

## Q V A E S T I O N E S

¶arum primo mobili proxima, maxima est: sphæra Lunæ, cùm sit omium remotissima, est minima. Sphæra uero Solis cùm sit in medio, medium quendam rationem ad summam & infimam obtinet, & sic de reliquis.

Proba Solis sphæram maiorem  
& superiorem esse sphæra  
Lunæ?

Continens maius est contento.  
Sphæra Solis continet uel ambit sphæram Lunæ.  
Ergo sphæra Solis est maior quam sphæra Lunæ.

Minor bifariam probatur. Primo, Luna in eclipsi obscurat solem, seu interponitur inter asperitatem nostrum & Solem. Ergo Luna est infra Solem. Secundo, Corpus lucidum quo altius & remotius à corpore opaco est, eo umbra corporis opaci minor apparet. & quo propius est terris, eo longiorem umbram habet corpus opacum. Umbra gnomonis splendente Sole minor est, quam est umbra eiusdem gnomonis Luna lucente, & a qualibus cum Sole gradibus ( diuerso tamen tempore respectu ) ab horizonte distante. Ergo Luna est inferior, Sol superior.


Maior patet ex lineis ductis ex utroq; lumini per uerticem gnomonis in terram.

Minor

IN SPHAERAM.

7

Minor fit manifesta hoc modo. Signetur tempore æquinoctij altitudo Solis meridiana, Sole ut delicit tenente principium arietis aut libræ, quæ Vitebergæ est gradum 38 ferè: notetur & in area, seu superficie plana & æquabili, in qua eretus est gnomon, gnomonis umbra. Postea Luna existente in eodem loco zodiaci, in quo antea fuit Sol (hoc est, in principio arietis aut libræ) & tene nente iam meridianum, notetur eiusdem gnomonis umbra, quæ deprehendetur longior seu mai or, quam fuit umbra gnomonis eiusdem splenden te Sole, cum tamen altitudo seu distantia utriusq; planetæ à terra sit 38 graduum. Quare sequitur sphaeram Solis longe superiorem esse, quam est sphaera Lunæ, ut subiecta figura ostendit.



Q V A E S T I O N E S  
Quare octava sphæra dicitur  
firmamentum?

Firmamentum dicitur ad similitudinem muni-  
menti, ualli, uel muri circundantis & munientis  
ciuitatem aliquam. Creditur enim à quibusdam  
superium cœlum esse. Unde firmamentum dici-  
tur, quia firmat, hoc est, continet uel ambit, &  
quasi munit reliquas sphæras omnes.

Quare firmamentum dicitur sphæ-  
ra stellarum fixarum?

Quia continet stellas fixas seu inerraticas, hoc  
est, reliquias stellas omnes, præter septem Plane-  
tas. Sunt enim stelle duplices, fixæ stelle & erra-  
tice seu Planetæ.

Vnde dicuntur fixæ stelle?  
Dicuntur fixæ, non q̄ omnino sint immobiles:  
constat enim omnes stellas fixas ad motū suæ sphæ-  
ræ una moueri contra motum primi mobilis, ut  
infra dicetur: sed fixæ dicuntur, quia semper ean-  
dem ergi se inuicem distantiam retinent: ut di-  
stantia Procyonis & Sirij seu Lælapis semper fu-  
it & est 25 graduum circiter.

Vnde dicuntur Planetæ?  
Planete, hoc est, erraticæ stelle à τολευμη,  
hoc est,

## IN SPHAERAM

hoc est, erro, ita dicuntur, quia non semper in ea  
dem erga se inuicem & stellas fixas manent re-  
motione & propinquitate: sed nunc coniungun-  
tur, nunc iterum recedunt. Quilibet enim Plane-  
tarum proprium habet orbem, ad cuius motum  
circunducitur: & quo orbis capacior est, eo tar-  
diore motu Planeta incedit.

Quomodo diuiditur sphæra se-  
cundum accidens?

In sphæram reclam & obliquam.

Quid est recta sphæra?

Est positio sphærae, in qua uterque polus est in  
horizonte.

Quare dicitur recta?

Quia uterque polus est in horizonte: uel quia  
horizon & aequinoctialis intersecant se inuicem  
ad angulos rectos sphærales.

Quid est angulus rectus?

Triplex diuisio est angulorum. Prima diui-  
sio sumitur ex quantitate angulorum. Anguloru[m]  
alius est rectus, aliis obliquus. Rectus angulus est,  
qui fit quando linea perpendicularis super rectâ  
diametralem lineam ducitur, ita ut anguli utrinque  
constituti sint æquales: horum uterque rectus dici-  
tur. Obliquus vero angulus est, qui efficitur lineis

## Q V A E S T I O N E S

oblique se se intersecantibus. Estq; duplex, obtusus & acutus. Obtusus est, qui est maior recto. acutus qui minor recto est.

Secunda diuisio angulorum ex differentia linearum sumitur. Angulorum aliis est rectilineus, aliis curuilineus seu sphäralis, aliis mixtus vel compositus. Rectilineus est, qui rectis constat lineis. Curuilineus, qui curuis constat lineis in plana quidem superficie: in sphärali enim superficie sphäralis angulus uocatur. Mixtus est, qui constat ex recta & curua linea.

Tertia diuisio sumitur ex superficiem differenti, in quibus anguli sunt. Angulorum aliis est planus, aliis solidus. Planus est in plana superficie. Solidus seu corporeus pluribus constat lineis quam duabus, & constat aliquot angulis planis, qui in uno puncto conueniunt, sed in diuersis sunt superficiebus, germanicè ein eck.

Quid est obliqua sphæra?

Est positio sphære, in qua alter polorum deprimitur, alter eleuatur.

Quare dicitur obliqua?

Quia in tali sphære situ alter polorum semper est sub horizonte, alter supra horizontem, uel quia horizon & æquinoctialis sua mutuam-  
tersecti-

IN SPHÆRAM 9

tersectione angulos obliquos & impares consti-  
tuunt.

De diuisione totius mundi  
in partes.

Hactenus traditæ sunt duæ diuisiones sphæræ,  
tantum secundū quid, hoc est, secundum aliquot  
partes substantiæ: item secundū accidentis. Nunc  
uerò simpliciter totius mūdi, qui sphæra dicitur,  
secundum principales & simplices partes par-  
titio sequitur. Antequam autem ad partitionem  
illam perueniemus, definitio & causæ mundi sunt  
tenendæ. Sumemus autem hunc locū ex commento  
tarto doctissimi uiri D. Iacobi Milichij in secun-  
dum Plinij.

Quid est mundus?

Aristoteles tradit duas mundi definitiones,  
alteram partialem, alteram causalem. Prior esti-  
κόσμος μὴν ἐν τῇ σύστημα ἢ οὐρανοῦ καὶ  
γῆς, οὐ γάρ ἐν τούτοις πάθεις χωμένων φύσεων.

Mundus est compages, constans ex cœlo &  
terra, et reliquis naturis quæ in his continentur.  
Posterior est. κόσμος δὲ τὸ θάλαττας τε καὶ  
ζηκόσμοντος, οὐ δὲ θεοῦ τε καὶ θεὸν φυλακ-  
τηρίου. Mundus est corporū ordinatio & distri-  
butio, quæ à deo & propter deum conseruatæ

C

Q V A E S T I O N E S  
Explica priorem definitionem.

Aristoteles mundū aptē sistema uocat, summa pto uocabulo à Musicis. Significant autē Musicis & uisūlē partes seu sonos principales, qui certe pronunciationis tractu constant. Sicut igitur uoces in aliquo systemate acutæ & graues certa ratione et temperamento cohærentes æquabilēs concentū reddunt: ita etiam in hac natura certa & admirabilis est series omnium corporum, perpetuus motuum ordo, & perpetua corporum superiorum & inferiorum societas, denique causæ rum et effectum perpetuus cōsensus. Posterior definitio nihil obscuritatis habet.

Quę sunt species mundi, uel sunt ne plures mundi?

Vnum esse mundum Aristoteles multis variarū probat lib. i. coeli cap. 8. & 9. Recitatibimus autem tantū duo argumenta. Primiū. Unus est tantū semipiternus & regularis motus. Ergo unum est pri-  
mum mobile, et unus mundus. Consequentia pro-  
batur. Nam si plures essent mundi, necessario eti-  
am oporteret plures et diuersos motus et loca ex-  
tra hunc mundū esse, et ita necesse esset progredi  
in infinitū, quod est contra naturam. Secundum.  
Frustra fit per plura, quod potest fieri per pauci-  
ora. Hic mundus capax est omnīū naturarū. Ergo  
stulticia

I N S P H A E R A M.

16

Multicia est fingere plures mundos, sicut Demo-  
critus, & post hunc Epicurei finxerunt.

Quæ est efficiens causa mundi?

Deus: sic enim docet Moses Gen. i. In principe  
creauit Deus cælum & terram. Et Plato do-  
cet in Timœo Deum esse opificem mundi. Peripatetici autem negant mundum habere causam effi-  
cientem, qui mundum æternum esse credunt, ut et  
Cicero colligit lib. i. de uniuersitate.

Quomodo probat Aristoteles mun-  
dum esse æternum?

Physicorū libro 8 cap. 5. ita probat: Propriæ  
et perfectissima causa non est in infinitum ociosa.  
Prima causa est perfectissima. Ergo non est ocio-  
sa. fuissest autem ociosa inde usque ab æterno, nisi  
mundus semper extitisset.

Respondeatur: Maior est uera de naturalibus effi-  
cientibus, non de voluntarijs: ut ignis, cum est ad-  
mota materia, non potest non agere: at faber po-  
test suspendere actionem. Prima autem causa est  
mens, que consulto & liberè agit.

Quare Aristoteles dicit mundū  
esse æternum?

Ratio iudicat aliquam causam esse, quæ mun-  
dum regit. quod autem ab illa causa mundus sit or-  
sus, ratio constituere nō potest. Offensa enim hoc

C 2

## Q V A E S T I O N E S

principio, Ex nihilo nihil fit, statuit mundum esse eternum. Quare & Aristoteles, ne cogatur largiri mundum ex nihilo factum esse, maluit disputare mundum esse eternum, cum tamē interim concedat primum motorem primam causam, & infinita potentia esse. Verū illi infinita causa postea addit mundum eternum, quod non potest demonstrarre, tantum ut uitet absurdum hoc: Ex nihilo nihil fit.

Quae est materialis causa mundi?

Fides nostra & Moses docent nullam esse materialiam, ex qua creatus sit mundus. Impropietamen ipsa corpora sunt materialis causa mundi nunc constituti, ut cælum, elementa, & ex elementis composita.

Quae est formalis causa mundi?

Forma mundi substantialis est ipsa perfectissima atq; absolutissima mundi essentia. Accidentaria autem mundi forma est rotunda, quod probat Aristoteles lib. i. cœli cap. 5. Perfectissimo corpori competit perfectissima forma. Mundus est perfectissimum corpus, et forma rotunda perfectissima. Ergo mundus est rotundus seu infinitus.

Quae est finalis causa mundi?

Mundus est creatus propter deum, ut mostret deum authorem, & ut inde intelligamus non temere

## IN SPHAERAM

merē nascires, sed regi à primā causa, & ad ali  
quem finem tendere.

Quae est partitio mundi?

Mundus habet duas partes, uidelicet clemen-  
tarem regionem, & aethericam.

Quid est elementaris regio?

Est pars mundi, quæ continetur intra conca-  
uam sphæræ lunæ superficiem, in qua omnia sunt  
corruptibilia, & varijs mutationibus obnoxia,  
præter animos hominum.

Quæ sunt partes elementaris  
regionis?

Sphæræ elementares, statim enim infra conca-  
uam superficië lunæ est purissimus aër motu sphæ-  
rarum cœlestium incensus, qui propter hanc con-  
uenientiam cum igne ignis dicitur. Infra ignem  
deinde aëris est calidus & humidus, globum ex ter-  
ra & aqua constitutura sphericè circundans.

Quid est elementum?

Hec sequentia sumptissimus ex Physicis D. Phi-  
lippi Melanthorii nostri cōmuni præceptoris.  
Elementum est corpus simplex, ex quo mixtum  
componitur tanquam ex parte simplici, seu, ut lo-  
quuntur, minima, quæ in diuersarum specierū cor-  
pora diuidi non potest.

## QV AESTIONES

### Explica definitionem.

(Simplex corpus) dicitur ad differentiam mixti corporis. (Ex quo) hoc est, ex cōmixtione unius elementi cum alijs. (mixtum componitur) hoc ad ditur ad differentiam coeli & stellarum, quae et si sunt simplicia corpora, tamē ex illis nihil tanquam ex materia generatur. Sunt autem duplia corpora simplicia, alia nullam mixtionem sustinent, ut cœlum, alia uero cōmixtione sua mutua diueras formas corporū producunt, ut elementa. (quae non potest diuidi) dicitur ad differentiam corporis compositi & eius partium, quarū quilibet est composita ex partibus diuersæ speciei, quæ heterogeneæ partes dicuntur, partes uero elementorum dicuntur homogeneæ.

### Quot sunt elementa?

Quatuor. Ignis, aér, aqua, terra.

### Proba esse tantum quatuor elementa?

Cuilibet elemento due qualitates prime conueniunt. Sunt autem quatuor tantum combinatio nes qualitatum. Ergo sunt tantū quatuor elementa. Ut ignis est calidissimus & siccus. aér est humidissimus & calidus. terra est siccissima et frigida. aqua est frigidissima & humida. Calor autem cum frido, item humidus cum secco cōiungi nō potest.

Quid

IN SPHAERAM.

13

Quid est ætherea regio?

Est pars mundi supra concavum orbis lunæ,  
usq; ad conuexum supremi coeli, constans ex purissima parte aëris, hoc est, ætherea sphærica, perpetuo mobilis, & lucida. Hæc pars mundi cœlum dicitur.

Vnde dicitur ætherea regio?

Ab eællo deinceps secundū Aristotelem, quod semper & mirabili celeritate circuferatur. Quidam ab eido, quod flagro significat, deducunt, usit ætherea regio, regio lucida.

Quid Philosophi uocant  
æthera?

Philosophi æthera uocant quintam essentiam, quasi quintū corpus supra elementa quatuor constitutum, incorruptibile, diuinum, seu cœleste, constans ex nobilissima & purissima aëris parte.

Quomodo diuiditur æther seu  
regio æther ea?

In nouem orbes seu spheras, ut supra dictum est.

Quæ sunt accidentia sphæra  
rum uel coeli?

Motus, Qualitas motus, & figura.

C 4

Q V A E S T I O N E S  
DE MOTU ORBIVM  
COELESTIVM.

Quomodo mouentur sphæ-  
ræ cœlestes?

Mouentur dupli motu, uidelicet motu pro-  
prio, seu per se, & motu alieno, seu per accidens.  
Nona, uel ultima sphæra mouetur tātum simplici  
& regulari motu ab oriente in occidentem, &  
hinc rursum in Orientem. hunc motum conficit  
super polis mundi spacio 24. horarum. Et hoc mo-  
tu primum mobile, seu ultimū cælum secum rapit  
omnes alias inferiores sphæras, sicut nauis, quæ de-  
fluens, secum rapit ac deuehit omnes homines, &  
alia, quæ in naui sunt. Hoc motu primi mobilis  
sphæræ inferiores singulis diebus circa terram se-  
mel circunducuntur, per accidens: quia hic motus  
non est proprius inferiorū sphærarum: singule n.  
habet suos motus seu revolutiones peculiares: sed  
extrinsecus accedit, sicut constat contentum ad mo-  
tum continentis per accidens moueri. Huic tamē  
motui primo reluctantur inferiores sphæræ moti  
bus proprijs ab occidente in orientem. Sicuti cū  
nauis uelociſſimo cursu fertur in occidentem, inte-  
rim tamē nauis uel alij in nauī existentes progre-  
di possunt uersus orientem. Porro fit hic motus  
secundas

IN SPHÆRAM.

13

secundarius sphærarum inferiorum sub zodiaco, su-  
per polis Ecliptice.

Quæ sunt reuolutiones sphæ-  
rarum cœlestium?

Primum mobile circumvoluitur spacio 24. ho-  
raru[m], ut supra dictum est. Relique sphære, quo  
sunt propiores primo mobili, eo uelocius mouen-  
tur motu alieno seu diurno, tardius uero proprijs  
motibus contra primi mobilis motum: & quo sunt  
inferiores, eo tardius mouentur diurno motu, uelo-  
cius uero proprio motu: ita ut firmamentum seu  
octaua sphæra, quæ primo mobili est proxima, suo  
motu conficiat unum gradum annis centenis, atq[ue]  
ita absoluat unam reuolutionem annis 36000. Sa-  
turnus 30. annis. Iupiter 12. Mars 2. Sol, Venus &  
Mercurius, anno spacio, Luna 27. diebus. 8. horis.

TERTIVS LOCVS, VI.  
delicet Hypotheses de ætherea  
regione & elementari.

Quot sunt propositiones de  
ætherea regione?

Duae. Prior est de secundo accidente sphæ-  
rarum cœlestium uel cœli, uidelicet de qualitate  
motus: Cœlum moueri motu circulari ab ortu in-

C 5

## QVÆSTIONES

œcasum. Posterior est de tertio accidente cœli, uia  
delicet de figura uel forma cœli: Cœlum esse sphæ-  
ricæ figuræ.

Quomodo probas priorem propo-  
sitionem, uidelicet cœlum motu  
circulari incedere?

Duabus rationibus ab experientia sumptis.  
Prior sumitur à stellis orientibus & occidenti-  
bus. Stellæ orientes eleuantur, contingunt medius  
cœli, & descendunt iterum, donec perueniant ad  
horizontem, ibi occidunt, & aliquandiu sub ter-  
ra latent, quo usq; denuo iter pristinum repetat: &  
semper eandem retinent habitudinem in tali mo-  
tu, quo ad nos. Ergo cœlum, cui sunt affixæ stelle,  
mouetur circulariter. Posterior ratio sumitur à  
stellis semper apparentibus. Pars mouetur ad mo-  
tum totius. Partes cœli circa polos mouetur in or-  
bem, ergo cœlum mouetur in orbem.

Quomodo probas posteriorem  
propositionem, uidelicet cœ-  
lum esse sphæricum?

Primum argumentum est similitudo. Mundus  
est factus ad similitudinem archetypi mundi, in  
quo neq; principium, neq; finis est. ergo mundus  
est sphæricæ figuræ, in qua non potest ostendi prim  
cipium neque finis.

Secun-

# IN SPHAERAM.

14

Secundum argumentum est ductum à commo-  
ditate. Perfectissimo corpori conuenit forma per-  
fectissima, & capacissima. Sphæra est perfectissimè  
corpus, ergo habet perfectissimam formam, uidelicet  
rotundam, quæ omnium figurarum isoperime-  
trarum, id est, in eodem ambitu contentarum capa-  
cissima est.

Additur & tertium à commoditate. Vnicuique  
corpori natura dedit figuram proprietatibus eius  
conuenientem. Propria actio cœli est moueri conti-  
nue, ergo figura cœli est rotunda: quia angu-  
lis caret, qui motui sunt impedimento, aptissima et  
commodissima est huic perfectissimo corpori.

Quartum argumentum à necessitate. Si cœlum  
esset figuræ angularis, daretur loco uacuum sine  
corpore, & esset corpus sine loco. Sed non est ua-  
cuum in natura, ergo cœlum est regularis figuræ.

Additur & aliud à necessitate. Si cœlū esset fi-  
guræ angularis, sphærarū cœlestium scissiones, aut  
cerne earum condensationes, aut rarefactiones ac-  
ciderent: ut manifestum est ex talium figurarum  
elevatione & circulatione.

Vltimum argumentum est Alfragani ex defini-  
tione sphæræ sumptum. Si cœlum esset planum aut  
lateratum, non omnes partes æqualiter distarent à  
terra. Sed omnes partes cœli ubiq; æqualiter di-

## QV AESTIONES

stant à terra, ergo cælum nō est planū aut laterā-  
tum, sed sphæricum.

### Proba minorem.

Sol enim in tota reuolutione, quia suum cursum  
conficit, non uidetur notabiliter maior aut minor  
in aliqua cœli parte quam in alia.

### Obiectio.

Sol mane maior conspicitur quam in meridi-  
dic, Ergo quædam partes cœli sunt alijs propria-  
res terris.

### Respondeo.

Hoc fit propter vapores circa horizontem, per  
quos Sol propter radiorum uisus, ei fractionem in  
medio densiori maior conspicitur, ut patet ex  
perspectiva.

Addam adhuc unum ex Ptolemaeo. Apparen-  
tie cœlestes tantum commode rotundis instrumen-  
tis possunt obseruari, ergo cælum est rotundum.

### Quot sunt propositiones de elementari regione?

Quatuor. Prima. Terram & aquam esse figu-  
ra sphærica, & constitueri unum globum.

Secunda. Terram esse centrum mundi, & re-  
spectu firmamenti obtinere uicem puncti.

Tertia. Terram omnino non moueri.

Quarta

Quarta. Terræ quantitatem finitam & absolutam esse.

Quomodo probas primam propositionem?

Primo terram esse rotundam sic probo. Terra est rotunda secundum longitudinem, id est, ab oriente in occidentem: & latitudinem, id est, à meridie in septentrionem: ergo secundum sufficiētē partium enumerationem tota terra est rotunda.

Proba antecedens.

Quædam enim astra orientia prius apparent Orientalibus quam Occidentalibus, ut Plinius scribit Arbelis oppido Assyriæ conspectam esse eclipsin lunæ hora secunda noctis, quæ in Sicilia conspecta est hora prima noctis. Cum enim Assyrī sunt orientaliores Siculis, Sol illis citius occidit quam Siculis: & quando fuit secunda hora noctis in Assyria, Sol primum occidit in Sicilia, hora, vide licet prima noctis. Item polus mundi pro locorum diuersitate eleuatur & deprimitur. Sequitur autem diuersitatis huius apparentiæ causam esse tantum tumorem terre. Deinde etiam aquæ superficiem externam esse conuezan, probo eodem argumento. Sicut patet nautigantibus fretum Hercu-

## Q V A E S T I O N E S

Icum, & Syriacum, qui eandem considerant lunam  
rem eclipsin: item nauigantibus pelagus Aphrici  
& mare Ligusticum, qui poli altitudinem confide-  
rant. Probat etiam author sphaerae rotunditatem  
ex natura corporum homogeneorum. Partes  
corporum homogeneorum imitantur naturam totius.  
Partes aquae sunt sphaericæ: ergo aquæ superficies  
exterior est sphaerica. Tertio, terram & aquam  
constituere unum globum ex eclipsi lunari proba-  
tur. Umbra imitatur formam corporis opaci, ut  
ex perspectiva patet. In eclipsi lunari umbra ter-  
rae rotunda apparet, ergo terra est rotunda.

Obiectio de rotunditate terræ.

Superficies terræ uidetur esse plana, Ergo est  
plana.

Respondeo.

Hoc fit propter eius magnitudinem & uisus no-  
stri breuitatem, quemadmodum & uisus noster iu-  
dicat terram extremitatibus suis coelo adhaerere,  
corpora enim intermedia non potest discernere.

Alia obiectio.

Multi sunt altissimi montes, & ualles profun-  
de, ergo terra non est rotunda.

Respondeo.

Montes et ualles nullum possunt causare diversi-  
tatem collatae ad terram.

Quo-

**Quomodo probas secundam  
propositionem?**

**Quod terra sit centrum mundi obtinens nunc  
puncti respectu firmamenti, sic probatur.**

**I Argumentum.**

**Terra undiq; æqualiter distat à cœlo, ergo secundum  
dum definitionem centri terra est centrum mundi.**

**Proba antecedens.**

**Quia stelle semper eadem habet magnitudinem,  
ubicunq; eas aliquis in terræ superficie considera  
uerit, ergo in æquali sunt distantia à terra.**

**II Argumentum.**

**Rotunditas terreni globi habet proportionem  
ad rotunditatem cœli, hoc est, certe, ex proportio  
nabiles partes, in terrestri globo, respondent cer  
tis ex proportionalibus partibus cœli, ergo ter  
ra est centrum mundi.**

**Proba antecedens.**

**Respondent enim in terra, singulis gradibus  
meridiani, 15. miliaria Germanica. Deinde etiā fina  
gulis horis oriuntur 15. gradus de æquinoctiali.  
quod non fieret, si terra non esset in medio mundi:  
inæquales enim arcus æqualibus temporibus orire  
tur: Item æqualibus partibus meridiani inæqua  
lia spacia in terra responderent, quod experientia**

## Q V A E S T I O N E S

falsum esse testatur. Quare sequitur terram esse  
in mundi medio.

### III Argumentum.

In omni die artificiali sex signa oriuntur, &  
sex occidunt. ergo terra est in medio: estq; tanquam  
punctus, cui quotidie regulariter medietas oritur.  
sicut in oppositione solis & lune, quando utrumq;  
luminare est in horizonte. quod fieri non posset,  
si terra ad unam cœli partem propius accederet,  
quam ad alteram.

### III Argumentum.

Terra est in medio mundi existens tanquam  
punctus collata ad cœlum. Ergo est centrum.

### Proba antecedens.

Si enim esset propior alterutri polarum, non  
possent fieri universalia æquinoctia. Semper c=  
nim alter arcus sive diurnus sive nocturnus, ma-  
ior existeret. Item non possent fieri eclipses in con-  
junctionibus & oppositionibus. essent & impa-  
ria spacia à meridie in septentrionem, & ab ora-  
tu in occasum.

### Quomodo probast tertiam pro- positionem?

Quod terrasit immobilis, sic probatur.

### Argumentum.

Terra non mouetur in rectum: neq; mouetur  
circulariter

circulariter super axe mundi, aut super alio axe,  
ergo terra omnino non mouetur.

Proba antecedens.

Si enim moueretur in rectum, relinqueret medium mundi. Terrā autem possidere medium mundi probatum est. Deinde si super axe mundi uolueretur, ea quae in aere mouetur, semper in contraria partem ferri uiderentur, cum celeritatē terrae non possent assequi. Si uero circa aliud axem moueretur, altitudo poli nobis in terra quiescentibus non semper eadem esset.

Item pondera projecta sursum non relaberentur in eundem locum.

Quomodo probas quartam  
propositionem?

Quod terrae qualitas finita contineat 252000 stadiorum in circuitu sic probatur.

Author sphærici libelli ambitum totius orbis terreni colligit ex proportione particulae, uel gradus circuiti cœlestis ad simile in terra spaciū. Dicit enim unicuique gradui cœlesti respondere in terra 700. stadia, hoc est. 15. miliaria germanica. Hoc sic intelligendum est. Imaginandus est circuitus in terra directe suppositus æquinoctiali aut meridianō, diuidens terram in duas medictates.

D

## QV AEST I O N E S

bic circulus diuidatur in modum cœlestium circumlorum in 360. gradus seu partes. harum partium quilibet consimilis illis super cœlestibus partibus continet 700 stadia, id est, 15. miliaria Germanica. Hoc itaque deprehenso, totam summam siue stadiorum siue miliarum integræ circumferentie terre, que continet gradus seu partes 360. facile deprehendes, idq; hoc modo. Multiplica totum ambitu terræ, hoc est, gradus 360. per stadia 700. uel miliaria 15. & prodibit terra ambitus, uidelicet 252000. stadiorum, uel miliarum 5400.

Quomodo ex oblata circumferentia terre est eliciendus diameter?

Duplici modo diameter inquiritur ex data circumferentia: altero modo prolixiore et difficiliore, quem author sphæræ obseruat: altero et breuiore & faciliore, qui magis in usu est.

Da modum inueniendi diametri secundum authorem sphæræ:

Primum totam terræ circumferentiam diuide per 22. Numerus in quotiente erit uigesima secunda pars totius circumferentiae. Deinde uigesimam illam secundam partem à tota circumferentia substrahe. Id uero quod remanet, diuide per tria,

IN SPHÆRAM.

tria, & habebis diametrum terræ.

Da exemplum.

Vt hic numerus 252000. continens ambitum terræ in stadijs, diuidatur per 22. & relinquet in quotiēte uigesimā secundam partē totius, uidelicet, 22454  $\frac{12}{22}$ . Hæc uigesima secunda pars, uidelicet numerus 21454  $\frac{12}{22}$  subtrahatur à tota circumferentia, uidelicet, à 252000. & remanebit numerus 240545  $\frac{10}{22}$ . Hoc residuum dividatur per tria, & inuenietur in quotiente numerus 80181  $\frac{3}{66}$  uide. diameter terræ in stadijs.

Aliud exemplum in miliaribus Germanicis. Ambitus terræ in miliaribus continet 5400, huius uigesima secunda pars, uidelicet 254  $\frac{10}{22}$ , à tota circumferentia subtrahatur, & relinquet 515418  $\frac{22}{22}$ .

Hoc residuo diuiso per 3. proueniet diameter terræ in miliaribus, uidelicet 171812 miliaria Germanica.

Da nunc breuiorem & faciliorē modum.

Diameter terræ, atq; adeo cuiuslibet circuli, habet se ad circumferentiam in proportione subtripla sesquiseptima: hoc est, sicut se habent

D. 2

## Q V A E S T I O N E S

7. ad 22. Iam igitur ex inuenta circumferentia ter-  
ræ, diameter terræ per regulam quatuor propor-  
tionum hoc modo inuestigabitur. 22 scribe uer-  
sus sinistram, 7. uersus dextræ: circumferentiam in-  
ter hos duos numeros collocabis, sic, 22. 5400. 7.  
postea primum multiplicata per secundum, hoc est,  
7. per 5400. productum uero, uidelicet 47800.  
diuide per tertium, hoc est 22. & reperies in quo  
tiente  $1718 \frac{4}{22}$  miliaria uidelicet Germanica.

Vel sic in stadijs.

22	252000	7.
Multiplica primū per secundum, id est, septē per 252000. & prodibunt 1764000. deinde productum diuide per tertium, id est, per 22. & habebis diametrum uidelicet $8018 \frac{18}{22}$		

Aliud exemplum.

Offeratur circulus cuius circumferētia distincta  
sit partibus 100. cupio iam scire quot partes con-  
tineat diameter, id est, linea per centrum circuli.  
Ordinentur igitur numeri iuxta regulam pre-  
dictam.

22	100.	7.
Multiplicetur deinde primus per secundum, id est,		

est, 7. per 100. & prodibit numerus 700. qui numerus diuisus per tertium, hoc est, 22. ostendet diametrum circuli, uidelicet  $31\frac{1}{2}$  partes, qualium totus circulus continet 100.

Ad hunc modum cuiuslibet circuli in certas partes distincti diameter potest inueniri, ut sit circumferentia 44. diameter erit 14. sit circumferentia 176. erit diameter 56.

Quomodo uero ex diametro potest inueniri circumferentia?

Si uero ex diametro dato cupis colligere circumferentiam, tantum extremos numeros, uidelicet, 7. & 22 transfer. 22 uidelicet scribe in primū locum, hoc est, ad dextram, 7. ad sinistram, diametrum in medium colloca. Postea operare, ut supra, multiplicando primum per secundum, productum diuidendo per tertium. ut sit diameter 14. Ordina igitur numeros ut dixi, hoc modo.

7.

14.

22.

Postea multiplicata primum per secundum, id est, 22. per diametrum 14. & proueniēt 308. productū hoc diuide per tertium, uidelicet 7. & habebis in quotiente circumferentiam optatam, uidelicet 44.

Si uero minutie diametro adh̄erent, integer numerus erit etiam resoluendus in minutias, hoc

## QVAESTIONES

est, multiplicatus per denominatorē fractionis, p-  
ducto deinde numerator fractionis addendus. Ex-  
emplo hoc sicut clarius. Sit diameter  $31 \frac{18}{22}$ . Iam  
quia integro, uidelicet  $31$ . adhaerent minutiae, uide  
licet  $\frac{18}{22}$ . integer numerus resoluatur in minutias,  
hoc est, multiplicetur per  $22$ , denominatorem ui-  
delicet fractionis, & prouenient  $682$ . huic pro-  
ducto addatur numerator eiusdem fractionis uide  
licet  $18$ , & prodibunt  $\frac{700}{22}$ . Hoc per actus collocabis  
numeros ut supra, hoc modo,  $7.$   $\frac{700}{22}.$

Postea primum per secundum multiplicata, uide-  
licet  $\frac{700}{22}$  per  $22$ . & prodibunt  $\frac{15400}{22}$ .

Hoc productum diuide per tertium, uidelicet  
per  $7$ , & prodibit circumferentia in minutis, ui-  
delicet  $2200$ . que minutiae, ut iterum in integra  
 $22.$

colligantur, dividenda sunt per denomina-  
torem suum, uidelicet  $22$ . & pro-  
dibit circumferentia in inte-  
gris, uidelicet  $100$ .

FINIS QVAESTIONVM  
Primi libri.

QVÆSTIONES IN  
SECUNDVM CAP.  
TVLVM.

Quæ est summa secundi  
capituli?

**I**N primo capitulo in genere tantum prima sphaerae precepta traduntur, quæ etiam in Physicis libellis de mundo & eius partibus continentur, uidelicet de ætherea & elementari regione, de partibus, motu & figura, situ, & quantitate terræ. In hoc uero secundo capitulo exponitur natura & usus circulorum, ex quibus sphaera materialis componitur. Ac diuiditur hoc capitulo in tres partes. Prima pars est de usu circulorum, quod uidelicet ueteres docendatatum gratia coelum aliquot circulū distinxerint, ijsq; alijs maioribus, alijs minoribus. In secunda parte traduntur definitiones, descriptiones & utilitates singulorum circulorum. Postrema pars locum de Zonis continet.

Quare in hoc capitulo dicitur  
de circulis?

Principalis locus sphaerae est de apparatijs ca-

## Q V A E S T I O N E S

Iestib[us], que ratione circulorum cœlestium, seu pri  
mi mobilis sunt, uel de ascensionibus & descensio  
nibus signorum: unde tota, de diebus tam naturali  
bus quam artificialibus, doctrina oritur. Quia au  
tem tota h[ec] res de ascensionibus consistit in usu  
circulū, quos in primo mobili imaginantur A  
stronomi, necessario hic tractatus de circulis cœle  
stibus p[re]mittitur.

### Quid est circulus?

Est figura plana, superficialis, una linea conti  
na, in cuius medio punctus est, à quo omnes linea  
ad circumferentiam eductæ sunt inter se æquales.

### Quid differunt circulus & circumferentia?

Circulus est superficies qualis iam descripta est:  
circumferētia uero est linea que claudit circulum.  
Porro impropre hic circulus pro tali linea acci  
pitur, quam lineam Latini armillam uocant, Ger  
mani ei[us] reyff.

### Quot sunt circuli cœlestes?

Multi sunt circuli cœlestes, quorū usus partim  
ad Astronomiam, partim ad Astrologiam recessa  
rius est, ut circuli uerticales, circuli altitudinum, et  
circuli domorum cœlestium, & circuli quibus sphæ  
ra materialis describitur.

Sed

Sed decem tantū sunt, qui ad hanc sphæricam tra-  
stationem intelligendam requirūtur, quorum no-  
mina sunt, Aequinoctialis, Zodiacus, duo Coluri,  
Meridianus, Horizon, duo Tropici, & duo Po-  
lares.

Quod est officium circulorum  
cœlestium?

Primo, diuidunt cœlum in certa spacia seu re-  
giones. Secundo, cursus Planetarum, firmamēti,  
et primi mobilis, beneficio horum circulorum ob-  
seruantur & regulantur. Tertio, puncta ortus  
& occasus, uicissitudines & discrimina dierum et  
noctium ostendunt. Quarto, uices deniq; & ua-  
riatates omnium apparentiarū cœlestium ex cir-  
culis certa ratione obseruari et cognosci possunt.

Quomodo diuiduntur circuli?  
In sex maiores & quatuor minores.

Qui dicuntur maiores?

Qui idem centrum cum terra habent, & quo-  
rum planas superficies per centrum sphærae tran-  
sit. Vnde etiam sphæram in binas æquales partes  
diuidunt. Habent enim se ad sphæram sicut diamē-  
tri ad circulum: unde sicut diameter circulum in  
duas æquales partes secat, quia per eius centrum  
transit: ita etiam circulus magnus sphæra in duas

## Q V A E S T I O N E S

Quales partes diuidit, quia eius plana superficies per centrum sphæræ transit.

Qui dicuntur minores?

Qui diuersa centra à sphæræ centro habent, unde etiam ipsorum plana superficies per centrum sphæræ non transit. Quo autem eius centrū vicinius est sphæræ cōtro, eo maior est ille circulus: quo remotius est à centro, eo minor est circulus.

Diuiduntur ne aliter?

Diuiduntur etiā in intrinsecos & extrinsecos.

Qui dicuntur circuli intrinseci?

Qui in primo mobili descripti cum eo circumvolvuntur.

Qui dicuntur extrinseci?

Qui non cum primo mobili circumvolvuntur, ut sunt Meridianus & Horizon,

## DESCRIPTIO, NOMINA

ET UTILITATES AEQUIV

noctialis.

Quid est æquinoctialis?

Est circulus magnus in superficie primi mobileis descriptus, qui diuidit sphærā in duo æqualia, secundum quamlibet sui partem, ab utroque polo mundi æquidiſans.

Quæ sunt eius nomina?

I. Aequinoctialis dicitur, quia noctem diei artis

# IN SPHAERAM

23

artificiali parem efficit. II. Aequator dicitur eadem ratione, quia non est adaequat diei.

III. Cingulum primi motus dicitur, quia sicut cingulum nostrum corpus, ita hic circulus primum mobile per medium diuidit.

III. ἴσημος πρὸς ἡ Γρæcis dicitur, hoc est, æquidialis, ab ἴσος, id est, æqualis, τὸν μέρα, id est, dies, eadē ratione, qua æquinoctialis dicitur.

V. vocatur et circulus alti solsticij, sed ratione eorum, qui sub æquinoctiali habitant: iij enim habent quatuor solsticia, duo alta et duo ima, ut dicetur capitulo tertio: unde cum æquinoctialis transeat per alta solsticia, dicitur circulus alti solsticij, ut a pud Lucanū Deprehēsum est huc esse locū, quo circulus alti Solsticij medium signorum percūit orbē.

Quæ sunt officia seu utilitates  
æquinoctialis?

I. Est regula primi motus, ostendit enim spacio 24 horarum totum primum mobile circumvolui, cum singulis horis æqualibus 15. gradus de æquinoctiali eleuentur supra Horizontem.

II. Ostendit æquinoctia, quæ sunt illisipsis diebus, quibus Sol incidit in circulum æquinoctiale. Hæc autem sunt Sole existente in primis gradibus Arietis et Librae. In illis enim locis Zodiacus et æquinoctialis se se mutuo intersecant. Manilia

## Q V A E S T I O N E S

Libra, Ariesq; parem reddunt noctemq; diemq;

III.

Ascensiones & descensiones signorum Zodia-  
ci in hoc circulo obseruamus. Vnde longitudinem  
dies & noctis artificialis in quacunque habitatio-  
ne oblata scire possumus.

III.

Dividit cælum in duas partes, quarum altera  
nuncatur septentrionalis, à septem in maiore ur-  
sa stellis: altera meridionalis, quia sol circa meri-  
diem semper in illa plaga nobis uersari uidetur.  
Inde scire possumus, quæ stellæ dicantur septenti-  
onales, quæ meridionales: Item quando planetæ di-  
cantur septentrionales, quando meridionales.

V.

Ostendit quæ stellæ & partes eclipticæ habe-  
ant aliquam declinationem.

VI.

Ea mensura temporis. Cōficitur enim dies natu-  
ralis ex una revolutione æquinoctialis, cum addi-  
tamento respondentे parti illi eclipticæ, quam in  
terim Sol cōfecit motu proprio contra motū pri-  
mi mobilis.

VII.

Habet maximum usum in Geographia ad inue-  
niendas

IN SPHAERAM 25

nendas distantias locorum: item ad imponendas  
civitates globo terrestri habita longitudine &  
latitudine.

DESCRIPTIO, NOMINA  
& officia Zodiaci & eclipticæ.

Quare ueteres excogitarunt  
Zodiacum?

Quia cum cælum distinxissent per æquinoctialem in duas partes, ac diligenter motum Planetarum obseruarent, uiderunt eos proprijs motibus ab æquinoctiali nunc ad australem, nuc ad septentrionalem partem mundi discedere seu declinare ad certam elongationem: et deinde iterum redire ad æquinoctialem. Cunque obseruarent Planetas semper eundem incessum & uiam retinere, uiam illam per obliquum secantem cælum & æquinoctialem in celo notauerunt, eamq; Zodiacum uocarunt.

Quid est Zodiacus?

Est circulus magnus, super polis proprijs descriptus, qui intersecat æquinoctialem, & intersectur ab eodem in duas partes æquales: cuius una medietas declinat ad austrum, altera ad septentrionem. Estq; hic circulus uia Planetarum.

Q V A E S T I O N E S  
Quæ sunt appellationes huius  
circuli?

I. Vocatur Zodiacus à  $\zeta$ on, id est, uita,  
quia est semita Solis, qui author uite esse dicitur.  
uel à  $\zeta$ odrop, id est amantiū figuris, quibus hic  
circulus ex stellarum concurſu constitui imagina-  
tur. II. Dicitur circulus obliquus seu in-  
flexus, quia æquinoctiale et primum motum ob-  
liquè intersecat, & obliquus appetet respectu po-  
lorum mundi, à quibus non æquè distat. Vel quia  
angulos obliquos cum æquinoctiali et Coluris con-  
stituit. Vel quia nō regulariter ascendit sicut æqui-  
noctialis; sed quædā eius partes rectius et tardius,  
quedam obliquius & uelocius oriuntur.

III. Dicitur etiam Signifer, à ferendis signis.

Quæ est causa obliquitatis Zodiaci?

Duae sunt cause quare Zodiacus sit obliquus.  
Prior, ut inferiores sphæræ super alio axe, et alijs  
polis motui primi mobilis cōtraniti queat. Poste-  
rior, Ut posseint esse uices temporum, item uariet-  
ates qualitatum & temperamentorum: item ut di-  
uersas terræ partes Sol in obliquo circulo lustra-  
re & peragrare posseint. Vnde et Aristoteles ait ne-  
cessarium esse motum proprium Zodiaco diſsimi-  
lem motui primi mobilis, ut sit causa uarietatis re-  
rum nascentium. Nam si unus tantum motus esset,

nulla fieret uarietas nascientium. Idem enim, ut dicit Aristoteles lib. 2. de generatione, ca. 9. eodem modo se habens, non gignit nisi idem.

Quomodo diuiditur Zodiacus?

Secundum longitudinem diuiditur in 12. signa,  
secundum latitudinem uero in 12 gradus.

Quare in 12. signa?

Quia animaduersum est singulis revolutionibus  
Solis lunam duodecies Soli coniungi seu opponi  
et tot intra ambitum anni contingere nouilunia  
seu plenilunia.

Quare illae partes uocantur signa?

Quia in istis 12. partibus omnia anni tempora  
denotantur.

Vnde partes signorum dicuntur gradus?

A quotidiano solis incessu in Zodiaco Sol enim  
paulatim gradiendo perambulat totum Zodiacum.

Quae sunt nomina signorum?

Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Li-  
bra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquas-  
trius, Pisces.

Quare signis indiderunt nomina  
animalium?

Propter naturam conuenientem stellis et  
animali: item propter efficacias, quas habet sol

## Q V A E S T I O N E S

in illis locis. Deinde etiam alias stellas imaginibus circumscriperunt ueteres, ut cōmodius adolescentibus collectae in imagines in firmamento ostlendi, & illarum ortus & occasus demonstrari possint.

Quare signum diuiditur in  
30. gradus?

Quia spaciū ab una coniunctione ad aliam  
est 30. dierum, quod spaciū mensis uocatur. uel  
quia eodem numero dierum hunc Zodiaci arcum  
seu spaciū Sol propemodum emetatur.

Quare gradus diuiserunt in  
minores partes?

Ad consequādā summā præcisionē in  
loco Solis.

Quare sexagenaria diuisionē  
usū sunt?

Propter huius numeri infinitam commoditatem  
in calculando, ratione multiplicationis &  
diuisionis.

Quot gradus continent Zodiacus?

360. sicut & omnis circulus cœlestis tam minus quam maximus in tot consimiles partes diuiditur. Hunc autem numerum dies anni his partibus respondentes paululum superat. Annus enim communis

communis constat diebus 365, annus uero bisextilis diebus 366, constat.

Quare initium Zodiaci sumitur ab intersectione equinoctialis et Zodiaci uernalis?

*Quia hic punctus uernalis est dignior autuminali, sicut generatio praestat corruptione.*

Quare Zodiacus secundum latitudinem diuiditur in 12. gradus?

Sol in medio Zodiaci semper uersatur, & non quam declinans neq; ad dextram neq; ad sinistram, lineam, quam eclipticam uocant, annuo suo motu describit. Reliqui Planetæ non semper mouentur sub ecliptica, sed iam in septentrione, iam uero in meridiem ab ecliptica discedunt ad maximam latitudinem 9. graduum, preter Martem & Venerem, qui tamen raro hos terminos euagantur. Venus enim interdum 3. gradibus ab Ecliptica elongatur.

Quid est Ecliptica?

Est linea diuidens latitudinem Zodiaci in duo aequalia, ita uidelicet, ut ab utraq; parte relinquantur sex gradus: et dicitur via Solis, orbita Solis, iter solare, solaris circulus, & linea ecliptica.

## Q V A E S T I O N E S

Quare dicitur ecliptica?

Ex λειπόντι deficio significat, unde dicitur

Ex λειπόντι, id est, defectus, & ecliptica, id est, linea  
defectus seu defectiua: quia & Solis & Lunæ defec-  
tus sub ea fieri necesse est. ab hac linea cum declin-  
nant Planetæ dicuntur habere latitudinem.

Quid est latitudo stellæ  
uel Planetæ?

Est arcus circuli magni interceptus inter ecli-  
pticam & uerum locum stellæ, & dicitur latitudo  
stellæ, quia secundum eam stellæ in latitudinem, hoc  
est, in meridiem aut septentrionem discedit ab e-  
cliptica. Unde etiam dicuntur Planetæ habere la-  
titudinem nunc septentrionalem, nunc meridiona-  
lem. Gradus autem ostensus per illum circulum ma-  
gnum in ecliptica uocatur gradus longitudinis stel-  
læ uel Planetæ, quod secundū longitudinem à prin-  
cipio Arietis in istum locum motus sit Planeta.

Quid est longitudo stellæ?

Est arcus Zodiaci seu eclipticæ ab initio Ari-  
etis numerando, usq; ad punctum illum eclipticæ co-  
tactum per circulum magnum, ductum per polos  
Zodiaci, uerum locum stellæ, & gradum longitu-  
dinis stellæ.

Quid differunt latitudo &  
declinatio?

*Latia*

*Latitudo est distantia stellæ uel Planetæ ab ecliptica, quæam distantiam metimur circulo magno dicto per corpus stellæ, & polos Zodiaci. Declinatio uero est distantia stellæ, Planetæ, uel gradus eclipticæ ab æquinoctiali. Hanc metimur per circulum ductum per corpus stellæ uel gradū eclipticæ, & per polos mundi.*

**Quæ sunt utilitates Zodiaci  
uel eclipticæ?**

**Prima.**

*Est uia ac regula seu mensura motus proprii  
Planetarum.*

**Secunda.**

*Beneficio eclipticæ uera loca omnium stellarum  
inueniuntur: item possumus scire in quo signo stellæ fixæ uel Planetæ esse dicantur. Hic obiter admoneendum est, (in signo esse) quadrifariam accipi. In prima significatiōe accipitur pro sub ecliptica esse, & Sol tantū conuenit, ut Sol hodie, hoc est, die 23. Augusti est in 9. gradu Virginis, id est, sub illa eclipticæ parte, quæ 9. gradus Virginis dicitur. In secunda significatiōe accipitur pro sub Zodiaco esse, et significat hic signū pyramida quadrilaterā. Hec significatio conuenit Planetis reliquis præter Solē, qui declinat ab eclipticā: ut Mars hodie est in*

## Q V A E S T I O N E S

10 gradu Capricorni, id est, subilla parte Zodiaci,  
quæ dicitur 10. grad. Capricorni. Habet enim Mars  
hodie latitudinem 4 graduum. In tertia significatio-  
ne in signo esse referri significat ad aliquod signum  
Zodiaci. Totum enim cœlum in 12. regiones diui-  
ditur (scilicet circulis per principia signorum et polos  
Zodiaci transeuntibus) quarum regionum quælia-  
bet signum appellatur. Hec significatio stellis con-  
uenit que sunt extra Zodiacum. Ut corona Borealis  
est in Scorpione, id est, refertur ad signum Zodiaci,  
quod Scorpio vocatur, quia est intra illos duos se-  
micirculos, qui transeunt per principium & finem  
Scorpionis. In ultima significazione accipitur pro-  
referri ad aliquam duodecim regionum cœli, in  
quas cœlum sex illis circulis, qui per principia si-  
gnorum & polos Zodiaci transeunt, ut dictum est,  
distinguitur. hæc significatio conuenit ijs, que in  
aere sunt, ut sunt Cometae. Ut si dico, Cometa est in  
Leone, intelligo iam circulos sex transeuntes per  
polos Zodiaci & principia signorum, & diuiden-  
tes cœlum, & totam regionem mundi inferiorem  
in 12. partes æquales. Et Cometa in Leone esse di-  
citur, quia est in illa duodecima parte, quam descri-  
bunt duo semicirculi per principium & finem Le-  
onis eentes.

Tertia

## Tertia.

Ostendit latitudines Planetarum & Stellarum  
fixarum.

## Quarta.

Sub hac fiunt eclipses Solis & Lune.

## Quinta.

Obliquitas eclipticæ est causa inæqualitatis di-  
erum & noctium artificialium.

**DESCRIPTIO, NOMINA,  
ET OFFICIA COLV=**  
rorum.

## Quid est Colurus.

Est circulus magnus per polos mundi ductus,  
qui ad sphæræ motū mobilis est, cuius partes quæ-  
dam in sphera obliqua sub Horizonte manent.

Vnde dicitur Colurus:

& οὐ πολούς, quod multū et imperfectum  
significat. Habet enī Colurus in sphera obliqua  
partes alias, quæ nunquam supra Horizontem  
eleuantur: sed pro uaria elevatione poli maiores  
aut minores sub Horizonte manent: Vnde merito  
Coluri, id est, imperfecti, dicuntur.

Quotuplex est Colurus:

Duplex, uidelicet Colurus Solsticiorum, et Co-  
lurus æquinoctiorum.

## Q V A E S T I O N E S

**Quid est colurus solsticiorum?**

Colurus solsticiorum, uel distinguens solsticia, qui ex solsticialis dicitur, est circulus magnus per polos mundi, & Zodiaci, maxmasq; eiusdem declinationes ac principia Cancer et Capricorni ductus.

**Vnde dicitur colurus solsticiorum?**

Quia per puncta solsticialia transit, uidelicet per principium Canceris & Capricorni, quae solsticia puncta dicuntur, quia in illis fit solsticium, hoc est, sol ad illa puncta perueniens non ab aequinoctiali longius discedit, sed ad aequinoctialeum redit, quod fit bis in anno, uidelicet in estate & hyeme, unde alterum dicitur solsticium aestivum, quod fit hoc tempore, id ferè die Junij biduo ante Vitum, quando est dies longissimus: alterum hybernum, quod fit die ferè 13. Decembris in ipso die Luciae, quando dies est brevisimus. Vnde de his uetus extat uerfculus, *Vitus & Lucia tibi dant solsticia bina.*

**Quid est colurus aequinoctiorum?**

Colurus aequinoctiorum, qui ex colurus aequinoctialis dicitur, est circulus magnus, transiens per polos mundi & per prima puncta Arietis & Librae, intersectas priorem colurum, & à quo etiam inter-

Entersecatur in polis mundi ad angulos rectos  
sphaerales.

Vnde dicitur colurus æqui-  
noctialis?

Quia per puncta æquinoctalia transit, uidelicet  
et per principium Arietis et Librae, quæ æquino-  
ctalia puncta dicuntur, quia quando sol in ea in-  
cidit, fit equinoctium in uniuersa terra, id est, dia-  
es aequaliter nocti, quod etiam bis fit in anno, uic-  
delicet in uere et in autumno. unde alterum æqui-  
noctium uernum dicitur, quod fit hac tempestate  
die ferè 12 Martij, hoc est, ipso die Gregorij: alterum  
uero autunnale, quod fit die ferè 14 Septembris,  
hoc est triduo ante Lampertum. Vnde uetus uer-  
sus, Lampert Gregorinox est æquata diebus.

Quæ sunt officia seu utilitates  
colurorum?

Prima.

In genere officia cōmūnia sunt colurorū, ostē-  
dere et principalia puncta Zodiaci, in quibus pro-  
pter motū solis maxime temporis mutationes fiūt.

Secunda.

Secare Zodiacū in 4. æquales partes, quibus et  
tempora anni correspondent.

## Q V A E S T I O N E S

Tertia. Distinguere æquinoctialem, Zodiacum & totum cœlum in 4. æquales partes, cuius rei usus in loco de signorum ascensionibus patebit.

Habet deinde & uterque sua priuata officia seu utilitates: Ut Colurus Solsticiorum 4. officia habet.

Primum, Ostendit puncta Solsticia.

Secundū, Continet & metitur maximā Solis declinationem, quæ secundū Ptolemeū lib. primo Almagesti cap. 13. est grad. 23. mi. 51. secund. 20. secundum Almeoneū grad. 23. min 33. secundū posteriores 23. min. 30. secundum Georgium Purbachium 23. min. 28. quæ uariatio maxime Solis declinationis existit propter accessum et recessum octauæ sphæræ, qui motus trepidationis uocatur.

Tertium, Sustinet polos Zodiaci, & eorum distantiam à polis mundi ostendit.

Quartum, Diuidit Zodiacum in duas medianas, uidelicet in ascendenter & descendenter. Item in obliqua sphæra signa recte orientia à signis obliquè orientibus separat.

Colurus æquinoctiorum duo habet officia.

Primum. Ostendit puncta æquinoctialia.

Secundum, Diuidit zodiacum in duas medianas, in septentrionalem & meridionalem.

Descriptio

IN SPHAERAM. 29  
DESCRIPTIO, NOMINA,  
ET OFFICIA MERI-  
DIANORVM  
circulorum.

Quid est circulus Meri-  
dianus?

*Est circulus magnus transiens per polos mun-  
di & Zenith loci, ad motum sphaerae manens im-  
mobilis.*

Quæ sunt appellationes  
meridiani?

Primo, uocatur meridianus à meridie, quia sol  
perueniens ad meridianum, efficit meridiem, &  
pari spacio ab ortu & occasu distat.

Deinde dicitur circulus medij diei, et medij cœ-  
li eadem ratione. Tertio, Astrologi nominant huc  
circulum cuspidem regalem, item cardinem regium,  
item principium decimi domicilij, item medium  
cœli.

Quot sunt meridiani?

Tot sunt uel intelligi possunt meridiani, quot ab  
ortu in occasum possunt Zenith capitum discerni.

E 9

## Q V A E S T I O N E S

Constituunt autem Cosmographi 180. meridianos, ita ut quilibet meridianus per duos gradus oppositos ipsius æquinoctialis et polos mundi transeat.

Vbi ponitur primus meridianus?

Cosmographi in occidente incipiunt sequentes motum Planetarum, ita ut primus meridianus transeat per Zenith insularum fortunatarum. deinde procedendo uersus ortum numerant tot meridianos, quot gradus continent semiaequinoctialis, vide facit 180. ut dictum est.

Quæ sunt officia seu utilitates meridiani?

### I

Tempus semidiurnum et seminocturnum diei artifcialis determinat, et ab hoc circulo diei initium ordiuntur Astrologi, quoniam in omnisphere habitudine horizontem rectum representat, et punctum mediū diei ac mediae noctis indicat.

### II

In hoc circulo Zenith notanus, a quo postea distractae stellarum et circulorum parallelorum colliguntur.

### III

Ostendit solis et omnium stellarum maximam altitudinem seu elevationem, quae meridiana altitudo dicitur.

### III Habitæ

## III

Habita Solis altitudine meridiana, poli eleuatio  
nē & sphære habitudinē facile deprehendimus et  
ratiocinamur. Totus. n. quadrans est gradū 90.  
Quare cum meridianā solis altitudinē in æquino  
ctio à 99. gradibus subtrahimus, reliq gradus ele  
uationē poli ostendet. Ut Vitebergē meridiana ele  
uatio Solis tempore æquinoctij est gradum 38.  
min. 10. Reliqui igitur gradus quadrantis sunt  
51. gradus & 50. min. Tot gradibus polus eleuau  
tur supra horizontem Vitebergensem. Consequē  
tiam probo. Quia sicut quadrans est à polo ad æ  
quinoctialem: ita quoq; quadrās est à zenith ad ho  
rizontem. ergo si æquinoctij tempore distantia ho  
rizontis ad solis altitudinem est graduum 38 min.  
10 hoc est nondum dimidia pars quadrantis, eaq;  
à toto quadrante subtrahitur, residuum erit plus  
q; dimidia pars quadrantis, uidelicet 51. gradus, 50.  
minuta. Illa enim spacia, que sunt à polo ad æqui  
noctialem, & à zenith ad horizontem, paria  
sunt: & quæ est distantia zenith ab æquino  
ctiali, eadem est horizontis ad polum, id est, lati  
tudo loci est æqualis elevationi poli. Ad ostenden  
dum autem quod latitudo loci æqualis sit elevatio  
ni poli, tenenda sunt hæc 4. propositiones. Prima.  
Quaræ unius & eiusdem circuli, ubiunque sit

## Q V A E S T I O N E S

matur, inter se sunt æquales. Secunda, Poli per quam id est, 90. grad. distant à suo circulo. Tertia, Zenith est polus horizonis. Quarta, Aequalia ab æqualibus ablata relinquunt æqualia. Iam igitur sumantur due quartæ meridiani, uidelicet illa quæ est ab æquinoctiali ad polum, & illa quæ est à zenith ad horizontem: quæ cùm sint quartæ unius et eiusdem circuli, inuicem sunt æquales, id est, utraq; continet gradus 90. ab his duabus quartis cùm afferetur arcus communis, qui est inter zenith & polum mundi, relinquuntur residua æqualia, uidelicet arcus qui est ab æquinoctiali ad zenith, & latitudo loci dicitur, & arcus qui est à polo mundi ad horizontem, qui eleuatio poli dicitur, ut uterque Vitebergæ est graduum si. min. 50. Porro ut facilius eleuatione poli habitationis tue inuenire possis, docebo te inuenire solis altitudinem seu eleuationem meridianam. Ea aut ex umbra cōmodissime obseruari potest. Quando enim altitudo solis tempore æquinoctij præcise est 45. graduum, umbra par est gnomoni, id Venetijs accidit, item Mediolani & Lugduni. Sol enim illis est in medio quadrantis tempore æquinoctij. Quando uero altitudo solis superat 45. gradus, umbra fit minor, ut Rome, ubi altitudo solis meridiana in æquinoctio est 48. grad. 10 min. umbra est brevior: & Plinius scribit

bit Rome nonam partem gnomonis in æquinoctio  
deesse umbræ meridianæ. Quando uero solis al-  
titudo minor est 45. gradibus, umbra gnomonis lo-  
gior fit. Sic apud nos per totam hyemem & tem-  
pus æquinoctij uidemus umbras corporibus esse  
longiores, quia altitudo solis illo tempore nun-  
quam est 45. graduum. Quanto igitur umbra lon-  
gior est dimidia parte quadrantis, tanto minor est  
altitudo solis, quam 45. gradus. Ut Vitebergæ  
decimo die septembribus Solis altitudo meridiana  
est graduum 39. min. 21. Cum igitur sol absit à 45.  
gradu quadrantis, uel à medietate quadrantis s.  
gradibus, 39. minutis, sequitur umbram tanto pro-  
lixiorem esse gnomone uel 45. gradibus. & habet  
se umbra meridiana decimo die septembribus ad gno-  
monem, sicut se habent 50. gradus 39. min. ad 45.  
gradus. Habet iam quomodo ex umbra meridiana  
na possis inuenire solis altitudinem, qua habita fa-  
cile inuenies altitudinem poli, præsertim tempore  
æquinoctij. Tunc enim altitudo solis à toto quadrâ-  
te, id est, 90. gradibus est subtrahenda, & remane-  
bit eleuatio poli, ut supra dictum est. Ceterum  
paulo difficultius est reperire altitudinem poli ad  
quemcūq; diem præscriptum. Ut igitur id felicius  
& certius inquiras, opus tibi erit sequenti tabula,  
qua adiutus eleuationem poli sine magno labore

## Q V A E S T I O N E S

inuenies. hoc pacto autem procedas. quere altitudinem solis meridianam ad diem oblatum, siue per instrumentum quod quadrantem uocant, cuius limbo 90. gradus sunt inscripti, siue ratione gnomonis et umbrae superius monstrata. quere deinde ex ephemeridibus gradum ecliptice, quem sol tenet ad meridiem diei oblati. tertio ex sequenti tabula sume gradus modo inuenti declinationem ab equinoctiali. eam si Sol in septentrionalibus signis fuerit ab altitudine solari prius inuenta substrabe, si uero in meridionalibus ad altitudinem solarem adde. Residuum uel productum est eleuatio aequinoctialis, que abstracta a tota quarta, id est, a 90. gradibus, relinquit eleuationem poli. ut decimo die septembris solis altitudo hora duodecima est graduum 39. minut. 21. Ad elicendam igitur eleuationem poli ingredior tabulam sequentem, video autem 27. gradum Virginis habere declinationem unius gradus, 11. minut, qui gradus et minuta, cum sint in parte mundi septentrionali, ab altitudine solis hodierna substrahantur, et relinquentur 38. gr. 10. min. ipsa uidelicet aequinoctialis altitudo, qua subtracta a tota quarta, uidelicet a 90. gradibus, relinquitur eleuatio poli, uidelicet si. gradus, 50. min.

Tabula

## TABVLA DECLINATIO

nis solis ab æquinoctiali, secundum singulas partes seu gradus eclipticæ.

Grad. Arietis.	Tauri.	Geminorum.		
signo.	Scorpii.	Sagittarij.		
super.	G.	M.	G.	M.
0	0	0	11	30
1	0	23	11	51
2	0	47	12	11
3	1	11	12	32
4	1	35	12	53
5	1	59	13	13
6	2	24	13	33
7	2	47	13	53
8	3	10	14	12
9	3	34	14	32
10	3	58	14	51
11	4	21	15	9
12	4	45	15	28
13	5	48	15	46
14	5	32	16	9
15	5	55	16	22
16	6	18	16	40
17	6	42	16	57

Q V A E S T I O N E S

18	7	4	17	24	22	57	12
19	7	27	17	30	23	2	11
20	7	50	17	47	23	7	10
21	8	12	18	3	23	11	9
22	8	35	18	18	23	15	8
23	8	57	18	34	23	18	7
24	9	20	18	49	23	21	6
25	9	42	19	3	23	24	5
26	10	4	19	18	23	26	4
27	10	25	19	32	23	27	3
28	10	47	19	45	23	29	2
29	11	8	19	59	23	29	1
30	11	30	20	12	23	30	0

Virgi-	Leo=	Cana	Gra-
nis.	nis.	cri	dus si
Pisci=	Aqua	Capri	gnorū
um.	rij.	corni.	inferi-
			orum.

V.

Maximum usum habet meridianus in Cosmographia. Metuntur enim hoc circulo Cosmometre longitudines & latitudines locorum seu ciuitatum, quibus cognitis distantia ciuitatum facile inueniri potest. Ut autem intelligas quid sit longitudo quid latitudo loci, necesse est ut scias distinctionem terre secundum Geographos, que huiusmo

buiusmodi est. Geographi in terra duo puncta  
polis mundi subiecta constituant. deinde imagi-  
nantur circulum undique equaliter distantem ab  
his duobus punctis, ipsi æquinoctiali subiectum,  
qui totum globum ex terra & aqua constitutum  
in duas æquales partes fecet. Hunc circulum in  
terra descriptum in 360. partes seu gradus distri-  
buunt. Postea progreendiendo ab occasu in ortu  
per singulos gradus huius circuli, & per puncta  
polis subiecta, circulos ducunt 180. quos, quia  
meridianis coelestibus subiecti sunt, meridianos  
uocant: ac eisdem in trecentenas sexagenas pa-  
tes seu gradus diuidunt, per quas partes circulos  
parallellos seu æquidistantes æquinoctiali ducunt,  
procedentes ab æquinoctiali utrinque uersus puer-  
ita polis subiecta. Hos parallellos, & si non eius-  
dem sunt magnitudinis aut capacitatis (nam quo  
polis uiciniores sunt, eo sunt arctiores: cōtrà quo  
à polis sunt remotiores & uiciniores æquinoctia-  
li, eo laxiores & capaciores sunt) diuidūt tamen,  
sicut æquinoctialem & quemuis magnum circulum  
in trecentenas sexagenas partes seu gradus. Hac  
diuisione terræ intellecta, quid sit longitudo, &  
quid latitudo locorum facilius percipies. Est autē  
longitudo loci arcus æquinoctialis circuli, uel pa-  
rallei, transcutis per zenith loci, de quo queris

F

## Q V A E S T I O N E S

eur, interceptus inter duos meridianos, uidelicet  
inter primum meridianum, quem per zenith insu-  
larum fortunatarum seu Canariæ duci imagina-  
mur; & meridianum loci oblati, hoc est, longitudo  
loci est distantia loci alicuius ab illo punto occidē-  
tali, à quo sumitur initium longitudinum uersus or-  
ientem. ut longitudo Vitebergæ est 30. graduum,  
30. minutorum, hoc est, arcus paralleli transeuntis  
per zenith Vitebergæ, qui intercepitur inter Vite-  
bergensem meridianum, et meridianum primum,  
cointinet gradus 30. minuta 30. hoc est, miliaria ger-  
manica 281  $\frac{1}{2}$  fere. Longitudo Monasterij Vest-  
phaliae est gradum 24. minutorum 8. hoc est, tot  
gradibus distat ab occidente. Est igitur uicinior oc-  
cidenti quam Vitebergæ 6. gradibus, 22. min. id  
est, miliaribus Germanicis 54. circiter, & tanta se-  
re est distantia Vitebergæ à Monasterio Vestpha-  
liae. Latitudo loci autem est arcus meridiani inter-  
ceptus inter æquinoctialem & parallelum circu-  
lum transeuentem per zenith loci oblati, hoc est,  
est distantia zenith ab æquinoctiali, uel est distan-  
tia loci alicuius ab æquinoctiali. Ut Vitebergæ lati-  
tudo est 51. graduum, 50. minutorum, hoc est, tot  
gradibus & minutis meridiani distat Vitebergæ  
ab æquinoctiali. Montis S. Anne latitudo est 50.  
gr. min. 31. lōgius igitur ab æquinoctiali distat Vi-  
teberga quam mons Anne gradu uno, minutis 19.

id

id est, miliaribus Germanicis 19.  $\frac{3}{4}$ . & tanta ferè  
est distantia Viteberge à Diuæ Anne monte.

Hec de theorica longitudinum & latitudinum  
dixisse sufficiat. Nunc ad περὶ ἀξίων accedam, id est,  
docebo quomodo ex datis duarum ciuitatum uel  
locorum longitudinibus & latitudinibus distantia  
earum possit inueniri. Quando offeruntur due ci-  
uitates, quarum intercedo tibi ignota est, quere  
ex Appiani Cosmographia uel Ptolemæi Grogra-  
phia utriusq; longitudinem & latitudinem, qui-  
bus inuentis, scribe longitudinem unius sub longi-  
tudine alterius, & latitudinem unius sub latitudi-  
ne alterius, ita ut gradus sint sub gradibus, minuta  
sub minutis. Quere deinde differentiam tam lon-  
gitudinum quam latitudinum, hoc modo, longitudi-  
nem minorem à maiori subtrahe, residuum uoca-  
tur differentia longitudinum. deinde etiam aufer  
latitudinem minorē ex maiori, & remanebit dif-  
ferentia latitudinum. Ex differentijs longitudinum  
& latitudinum postea colligenda erit distan-  
tia datarum ciuitatum. Sed quia triplex est loco-  
rum differentia (quædam enim loca sola latitudine  
differunt, id est, sub eodem meridiano, & diuersis  
parallelis iacent: quedam sola longitudine diffe-  
runt, id est, sub eodem parallelo, sub diuersis uero  
sunt meridianis: quædam longitudine simul & la-

## Q V A E S T I O N E S

titudine differunt, id est, iacent sub diuersis &  
meridianis & parallelis) tres quoq; regule, in-  
quirendarum distantiarum inter bina loca, à  
Geographis traduntur.

### Prima regula.

Quando offeruntur due ciuitates habentes  
eandem longitudinem, diuersas uero latitudines:  
latitudinem minorem ex maiore aufer, residuos  
gradus, quia sunt gradus magni circuli, multiplicia-  
caper 15. (respondent enim uni gradui magni  
circuli 15. miliaria germ.) & habebis distantiam  
ciuitatum. Si uero gradibus differentiae minuta ad  
haerent, diuide ea per 4. quotientem adde priori  
numero miliarium. Cum enim unus gradus uel  
50. minuta 15. miliaria constituant: sequitur 4.  
minuta efficere unum miliare, &c.

Exemplum. Magdeburgum & Egra sola lo-  
gitudine conueniunt, id est, & equaliter distant ab  
occidente uel à meridiano, qui per insulas fortu-  
natam ducitur. Est enim utriusc; oppidi longitu-  
do 29. graduum. Latitudo Magdeburgi est gra.  
52. min. 20. Latitudo Egræ grad. 50. min. 5. ergo  
Egra est meridionalior quam Magdeburgū. dif-  
ferentia latitudinum est 2. grad. 15. mi. hoc est, mi-  
llaria Germanica 33. cum semisse & quadrante.

Aliud

## Aliud.

Longitudo Tridenti est grad. 30 min. 30. taet  
ta est et longitudo Vitebergae. Latitudo Tridenti est grad. 45 m. 14. latitudo Vitebergae est gra-  
duum 51 min. 50. Differunt igitur sola latitudi-  
ne, quae differentia latitudinis est grad. 6 min.  
36, hoc est, miliar. German. 99. Ac tanta ferè est  
distantia inter Tridentum et Vitebergam.

## Aliud.

Viteberge et Torgæ longitudo est ferè eadē.  
Latitudo enim Vitebergæ est grad. 51 min. 50 lati-  
tudo Torgæ est grad. 51 min. 30. Differentia u-  
triusq; latitudinis est 20. minutorum, quæ consti-  
tuunt quinq; miliaria Germanica, distantiam ui-  
delicet Torgæ et Viteberge.

## Aliud.

Noriberga et Lubecum conueniunt longitu-  
dine. Est enim longitudo utriusq; ciuitatis grad.  
28 min. 20. Differunt autem latitudine. Latitu-  
do enim Noribergæ est grad. 49. min. 24. Lu-  
beci uero latitudo est grad. 54. min. 48. Differen-  
tia latitudinis grad. 5 min. 24. hoc est, miliaria  
Germanica si. tantum ferè est spacium inter No-  
ribergam et Lubecum.

Sic Cygnea et Ratisbona longitudine conue-

## Q V A E S T I O N E S

nunt. Est enim utriusq; longitudo 29. grad. 50.  
min. ferè. Differunt aut latitudine. Latitudo enim  
Cygneæ est gra. 50. min. 46. Ratisbonæ uero gr.  
48. min. 56. Differentia latitudinis 1. gradus 50.  
min. quæ constituant miliaria Ger. 27 <sup>1</sup>/<sub>2</sub>.

Sic eadem est longitudo Francofordie ad Mœ  
num & Heidelbergæ, uidelicet graduū 25. minu-  
torum 38. Diuersa uero latitudo. Latitudo Fran-  
cofordie est grad. 50. min. 12. Latitudo Heidel-  
bergæ est grad. 49. min. 39. Differentia lati. est  
mi. 37. quæ constituant miliaria 9. cū quadrante.

### Secunda regula,

Antequam tradatur secunda regula, necesse  
est ut scias quot miliaria Germanica singulis gra-  
dibus paralleli per Zenith oblatarum ciuitatum  
transeuntis respondeat. Non enim hic ut in præ-  
cedenti regula singulis gradibus cuiusvis paralleli,  
sed solummodo gradibus singulis paralleli  
circuli, qui æquinoctiali subiectus est. & solus  
omnium parallelorum terram in duo æqualia di-  
vidit, 15. miliaria tribuuntur. Nam reliqui (ut su-  
pra dictum est) non eiusdem sunt magnitudinis,  
sed quo polis uiciniores sunt, eo sunt minores;  
quo à polis remotiores, eo maiores sunt. Vnde  
etiam, cū tam minimus quam maximus paralle-  
lorum

lorū in 3 00. gradus distribuatur, gradus illi pro  
ipsorum parallelorum à polis distantia maiores  
aut minores sunt.

Porrò in sequenti tabula inuenies quot milia  
via gradibus parallelorum in singulis eleuatio-  
nibus respondeant.

**TABVLA OSTENDENS  
QVOT MILIARIA GRADIBVS  
parallelorum in singulis eleuatio-  
nibus respondeant.**

Gradus latitu- Miliaria respo Minuta mis-  
dinis, seu eleua dentia gradi = liarium,  
tio poli bus paralle-  
lorum.

1	14	59
2	14	59
3	14	58
4	14	58
5	14	56
6	14	55
7	14	53
8	14	51
9	14	49
10	14	46
11	14	43

Q V A E S T I O N E S

<i>Gradus lati.</i>	<i>Miliaria</i>	<i>Minutæ</i>
22	14	40
23	14	37
24	14	33
25	14	29
26	14	25
27	14	22
28	14	18
29	14	12
30	14	6
31	14	0
32	13	54
33	13	48
34	13	42
35	13	36
36	13	29
37	13	22
38	13	15
39	13	7
30	12	59
31	12	52
32	12	43
33	12	35
34	12	26
35	12	17
36	12	8

## IN SPHAERA AM

37

Gradus lati.	Miliaria	Minuta
37	11	59
38	11	49
39	11	39
40	11	29
41	11	19
42	11	9
43	10	58
44	10	47
45	10	36
46	10	25
47	10	14
48	10	3
49	9	50
50	9	38
51	9	26
52	9	14
53	9	3
54	8	49
55	8	36
56	8	23
57	8	10
58	7	57
59	7	45
60	7	33
61	7	16

E 5

QVAESTIONES

Gradus lat.	Miliaria	Minuta
62	7	3
63	6	48
64	6	34
65	6	20
66	6	6
67	5	52
68	5	37
69	5	23
70	5	8
71	4	55
72	4	38
73	4	23
74	4	8
75	3	53
76	3	38
77	3	22
78	3	7
79	3	52
80	2	35
81	2	22
82	2	9
83	2	50
84	2	34
85	2	18
66	2	3

Gradus lati.	Miliaria	Minuta
87	○	47
88	○	31
89	○	16
90	○	0

Da exemplum ut usum tabu  
lae intelligam.

Luneburgi & Stetini eleuatio poli præcise  
est graduum 54. Ad sciendum autem quot miliari-  
a respondeant uni gradui parallelis transversis  
per zenith utriusque civitatis, ingredere tabulam,  
& inuenies iuxta gradum latitudi. 54. assignata s.  
miliaria, 49. minuta miliarium. Tot enim miliaria  
in illo parallelo uni gradui respondent, uidelicet  
octo cum semisse & tertia ferè parte unius miliaria  
ris Germanici. Atq; hoc facile est inquirere: si ele-  
uatio tantum integris gradibus constat: singu-  
lis enim elevationibus certa miliaria & minuta  
miliarium unicuique gradui respondentia assigna-  
ta sunt. Si uero minuta latitudini adhaerent, ut in  
Vitebergeni latitudine 51. gradibus 50. minuta  
adhaerent, primo quære in tabula quot miliaria  
& minuta integris gradibus sint attributa, & in-  
uenies iuxta gradum latitudinis 51. 9. miliaria,  
26. minuta. Deinde quære miliaria et minuta ad-  
iecta proximè sequenti elevationi 52. et inuenies

## Q V A E S T I O N E S

9. miliaria. 14. minuta, que ita colloca, ut miliaria sint sub miliaribus, minuta sub minutis, in hunc modum.

Mil.	Min.
9	26
9	14

Minorem deinde numerum à maiore & superius scripto aufer, & remanebunt 12. minuta. Huius residui, hoc est, 12. minutorum, quære numerum proportionalem, secundum proportionem unius gradus seu 50. minutorum ad minuta oblate latitudini adhærentia, ut latitudinis Vitebergenis gradibus integris 51. adhærent minuta 50. Quare ita colloca numeros iuxta regulā de tri, quam uocant, & dic, unus gradus seu 50. minuta graduum, dant 50. minuta miliarium, quot minuta mil. dant 12. minuta graduum,

60	50	12.
----	----	-----

Multiplica iam primum per secundum, hoc est, 12. per 50. & prodibunt 600. productum hoc diuide per tertium numerum, hoc est, per 60. & prodibit pars proportionalis, uidelicet 10. Partem proportionalem modo inuentam à prioris elevationis miliaribus & minutis subtrahere, hoc est, à 9. mil. 26. min. aufer 10. & remanebunt 9. miliaria 16. minuta, præcise uni gradui de

de parallelo per Vitebergam transcunte respon= dientia. Nunc ad regulam secundam accedamus, quæ nihil difficultatis habet, si que modo diximus diligenter perquisueris.

### Secunda regula.

Si offeruntur duæ ciuitates, quæ sola longitu= dine differunt: primū quære per doctrinam mo= do traditam miliaria & minuta miliarium uni= gradui Paralleli per Zenith illarum ciuitatum transeuntis respondentia. Deinde quære differē= tiam longitudinum in gradibus & minutis. Po= stremo differentiam longitudinum cum miliari= bus & minutis miliarium multipliça, & proue= niet distantia datarum ciuitatum.

### Exemplum.

Viteberga & Monasterium Vestphaliæ lati= tudine conueniunt, hoc est, sunt sub eodem paral= lelo. Latitudo enim Vitebergæ est graduum 51. min. 50. quam latitudo Monasterij aliquot minu= tis, quæ iam negligemus, superat: differunt uero longitudine, hoc est, Monasterium est magis uer sus occidentem quam Viteberga. Longitudo enim Vitebergæ est graduum 30. min. 30. Longitudo Monasterij grad 24 min. 0. Iam ad habendam di= stantiam, primū quære quot miliaria uni gradus

## Q V A E S T I O N E S

longitudinum in parallelo per Zenith datarum ciuitatum transeunte respondeant. Supra autem dictum est in parallelo Vitebergensi uni gradui respondere 9. miliaria, 15. min. Deinde quare differentiam longitudinum oblatarum ciuitatum, minorem à maiore subtrahendo. ut aufer gra. 24. min. o. à gra. 30. min. 30. & remanebit differentia longitudinum, que est 6. gra. 30 mi. Ad postremum multiplicata miliaria 9. & min. 15. cum differentia longitudinis, hoc est, cum 6. gra. 30. mi. & habebis distantiam ciuitatum datarum. Verum obserues hic diligenter in multiplicatioe graduum, miliarium & minutorum, quid prodeat. Miliaria enim per gradus multiplicata producunt miliaria. Miliaria per minutagraduum multiplicata producunt minutamiliarium. Minutamiliarium per gradus multiplicata producunt minutamiliarium. Minuta denique miliarum per minutagraduum multiplicata producunt secundamiliarium. Sed ut res fiat facilior adhibeo exemplum. In presente exemplo de Monasterio & Viteberga multiplicanda sunt 9. miliaria 15. minuta, per 6. gradus 30. min. Primum multiplicata integrumiliaria 9. per gradus 6. integros. ut sexies 9. efficiunt 54. miliaria. Multiplicata & integrumiliaria per minuta

ta

ta graduum, ut nonies 30. efficiunt 270. minuta  
miliarium. Deinde multiplica minuta miliarium  
per gradus integros, & per minuta graduum. ut  
15. min. miliarium multiplicata primum per 5.  
gradus, efficiunt 95. minuta miliarium, dea  
nde 15. minuta miliarium multiplicata per 30.  
minuta graduum, efficiunt 480. secunda miliaris  
um. Quæ secunda & minuta hoc pacto colliges  
in integra miliaria. Diuide primum 480. secun  
da per 50. & prodibunt 8. min. Continet enim  
unum minutum 50. secunda, sicut unus gradus  
continet 50. minuta. Hæc 8. minuta adde minu  
tis ex superiori operatione ortis, uidelicet 270.  
& 95. & habebis minuta 374. miliarium, que  
diuisa per 50. faciunt miliaria itegra 6. min. 14.  
hoc est, quartam ferè partem unius miliaris.  
hæc miliaria ex secundis & minutis miliarium  
collecta adde miliaribus 54. ex multiplicatione  
graduum & miliarum superius collectis, & ha  
bebis distantia ueram inter Vitebergam & Mo  
nasterium Vestphaliae, miliaria uidelicet Germa  
nica 50 cum quadrante miliaris unius ferè.

Hunc modum operationis in inuestiganda di  
stantia locorum, quæ sola longitudine differunt,  
in alijs exemplis obserua, & eorum distantiam,  
habitum corum longitudinibus & latitudinibus, fa

## Q V A E S T I O N E S

cile deprehendes. Subijciam autem quedam exempla, quibus adolescentes secundam regulant exercere poterunt. Colonia & Marpurgum differunt sola longitudine. Est enim longitudo Coloniae grad. 23. min. 28. Marpurgi long. gr. 25. mi. 45. Latitudo utriusq; qua conueniunt est gr. 51. min. 0. Differentia longitudinum est gr. 2. min. 17. Miliaria uni gradui respondentia in illo parallelo ducto per Zenith datarum ciuitatum, sunt 9. min. 26. ut ex tabula patet. Iam quia minuta nulla adhaerent latitudini, 9. miliaria & min. 26. multiplicetur per differentiam longitudinum, uidelicet gr. 2. mi. 17. hoc modo. bis 9. sunt 18. miliaria. bis 26. sunt 52. minuta miliarium. nonies 18. sunt 153. minuta miliarium. decies & septies 26. sunt 442. secunda miliarium. quae secunda & minuta per 60. diuisa constituant miliaria tria, min. 32. secunda 12. Hec adiecta ad 18. miliaria, distantiam Coloniae & Marpurgi ostendunt, uidelicet miliaria Germanica 21. cum semisse.

Aliud.

Francofordie longitudo est 25. grad. 38. min. Hassphordie longitudo est 27. gr. 52. min. Latitudo utriusq; est graduum 50. min. 12. Differunt ergo longitudine sola. Longitudinum differentia est gra. 2. min. 14. hoc est, Francofordia duobus gradibus,

gradibus, minutis 14. est magis uersus occidentem quam Hassphordia.

Miliaria iuxta latitudinem 50. sunt 9. min.  
58. Miliaria autem iuxta sequentem latitudinem, uidelicet 51. sunt 9. min. 26. Differentia horum duplicum miliarium & minutorum est 12. min. Pars proportionalis subtrahenda est 2. miliaria in parallelo per Zenith Francofordie & Hassphordie ducto, uni gradui respondentia sunt 9. min. 36. Iam ut supradicta hæc miliaria & minutacij differentia longitudinis, hoc est, gradibus 2. min. 14. multiplicata, & habebis distantiam in miliaria bus Germanicis, uidelicet 21. cum semisse ferè.

Aliud,

Basileæ long. est gra. 24. min. 22. Augusti & Vindelicorum long. est gra. 29. min. 18. Latitudo est eadem, graduū uidelicet 47. mi. 41. circiter.

Differentia long. gr. 4. min. 56. Miliaria iuxta elevationem 47. sunt 10. min. 14. Miliaria sequenti elevationi assignata sunt 10. min. 2. Differentia horum miliarium & minutorum est 12. Pars proportionalis subtrahenda est 8. Miliaria uni gradui in parallelo Augustano seu Basiliensi respondentia sunt 10. min. 6. His cum differentia longitudinum multiplicatis offeretur distantia inter Augustam & Basileam, uidelicet miliaria



## Q V A E S T I O N E S

49. cum semisse, & quadrante ferè.

Aliud.

Argentinæ longitudo est gr. 24. min. 30. Landau long. est gr. 30. min. 26. Latitudo utriusque est grad. 48. min. 45. Differentia long. grad. 9. min. 55, &c.

Aliud.

Ingolstadij longitudo est. gr. 19. min. 6. Batha uiae, quæ vulgo Passau uocatur, longitudo est gr. 31, minutorum 33.

Latitudo utriusq; est gr. 48. min. 42. Reliqua iuxta doctrinam superius traditam inquire.

Tertia regula.

Si oblatæ ciuitates differunt & longitudine & latitudine, Primo quære differentiam tam longitudinis quam latitudinis. Deinde medietatem differentie latitudinum adde minori latitudini: & cum producto ingredere tabulam, qua in precedenti regula usus es, querens miliaria & minutæ unius gradui respondentia, miliaria & minutæ inuenta cum gradibus differentie longitudinis multiplica, productum autem per seipsum multiplica: & habebis primū quadratum. Tertio, Differentiam latitudinis multiplica per 15. miliaria, & productum hoc etiam per seipsum, & habebis

bis secundum quadratum. Postremò, Duos hos quadratos numeros coniunge: & producti seu aggregati quere radicem quadratam. Radix quadrata est distantia oblatarum ciuitatum.

Da exemplum tertiae regule.

Viteberga & Lipsia differunt longitudine et latitudine. Vitebergae long. est gra. 30. min. 30. latitudo est gra. 51. min. 50. Lipsiae longitudo est gra. 29 min. 58. Latitudo est graduum 51. min. 24. Differentia longitudinum est minutorum 32. Differentia latitudinum est minutorum 26. Medietas differentie latitudinum est 13. min. quæ medietas addita latitudini minori, uidelicet Lipsensi, quæ est gr. 51. min. 24. producit grad. 51. minut. 37. hoc productum latitudo media uocatur, quia æqualibus minutis abest ab utraq; latitudine Vitebergensi & Lipsensi, hoc est, superat Lipsensem latitudinem 13. minutis, & totidem minutis superatur à Vitebergensi. Cum hoc producto seu latitudine media, hoc est, gradibus 51. min. 37. ingredior superiorem tabulam, & iuxta doctrinam suprà in secunda regula traditam inuenio in parallelo, qui ducitur per medianam latitudinem, respondere uni gradui miliiaria 9. min. 19. Dictum est enim in secunda regula: si minuta latitudini, quæ in tabula queritur, adhæreant, ex-

Q V A E S T I O N E S

proximè sequenti eleuatione quærēdam esse par-  
tem proportionalem. Ut in hoc exemplo latitu-  
dini 51. adscripta sunt 9. miliaria 26. minuta:  
quia autem minuta 37. adh̄erent latitudini me-  
die, quero in tabula quot miliaria & minuta  
sint assignata proximè sequenti latitudini seu ele-  
uationi 52. inuenio autem miliaria 9. minuta 14.  
Differentia inter miliaria & minuta eleuationis  
51. & 52. est 12. min. ex huius differentiae ad in-  
tegrum gradum seu 60. minuta proposito ele-  
citur pars proportionalis, modo superius in se-  
cunda regula tradito, uidelicet 60. min. dant 12.  
quid dant 37. prodeunt 7. min. pars uidelicet  
proportionalis, que 7. minuta subtracta à milia-  
ribus & minutis latitudini 51. assignatis, uidelicet  
et à miliaribus 9. minutis 26. relinquunt milia-  
ria 9. min. 19. Atque tot miliaria & minuta uni-  
gradui respondeant in parallelo media latitudinis.  
Quo peracto hec miliaria 9. & minuta cum dif-  
ferentia longitudinis, que est min. 32. multipli-  
co, & prodeunt 298. min. que multiplicata in se  
producunt primum quadratum, s 880 4. minut.  
Hec prior pars est operationis, sequitur nunc  
altera.

Multiplico iam differentiam latitudinis, vide  
licet 26. min. per 15. miliaria, & prodeunt mi-  
nuta

nuta 390. quæ per se multiplicata producunt  
 152100. minuta, secundum uidelicet quadratū.  
 Hi duo quadrati numeri additi constituant  
 240904. min. quorū radix quadrata est 494.  
 minuta miliarium. Hęc quia sunt miliarum mi-  
 nuta, diuidenda sunt per 60. & prodibunt s. in-  
 tegera miliaria, 14. minuta, hoc est, ferè quarta  
 pars unius miliaris. Ac tanta est distantia inter  
 Lipsiam & Vitebergam.

## Aliud.

Budæ longitudo est gr. 37. min. 44. Latitudo  
 graduum 47. min. 0. Aquisgrani (ubi sua septen-  
 nalia uota persoluere soliti sunt Vngari idolo  
 Marie, quod ibi cultum est) longitudo est gr. 22.  
 min. 24. Latitudo gr. 51. min. 6. Differentia lō-  
 gitudinum est gr. 15. mi. 20. Differētia latitudinē  
 est gr. 4. min. 6. Medietas differentiæ latitudinē  
 gr. 2. min. 3. Latitudo media gr. 49. min. 3. hic  
 quia tantum 3. minuta adh̄erent latitudini me-  
 die, negligemus ea, cūm nullum errorem negle-  
 cit pariant, & sumamus miliaria latitudini 49.  
 assignata, uidelicet miliaria 9. minuta 50. quæ  
 cum differentia longitudinis, hoc est, gradi-  
 bus 15. minut. 20. multiplicentur, & prodi-  
 bunt miliaria 150. min. 45. quæ miliaria, ut qua-  
 dratè, hoc est, in se una cum minutis, multiplica-

## Q V A E S T I O N E S

ri possint, resoluenda sunt in minuta multiplicata  
tione per 60. & prodibunt minuta 9000. his  
addantur min. 45. & erit numerus minutorum  
9045. hec minuta in se multiplicata primum  
quadratum offerunt, uidelicet 81830116. Dis-  
ferentia latitudinis, uidelicet gr. 4. min. 6. mul-  
tipli cata per 15, producit 60. mil. 60. mi. que ut  
in se duci seu multiplicari possint, etiam resoluatur  
in minuta, & habebis minutaz 60. hec in se  
ducta secundum quadratum ostendunt, uidelicet  
23395600. Duo numeri quadrati coniuncti co-  
stituunt 95225716. min. Huius radix, uidelicet  
9758. diuisa per 60. ostendit spacium inter

Budam & Aquisgranum in Germanicis

miliaribus integris 152. cum

semisse unius mi-  
liaris.

Longitudine

**LONGITUDINES ET**  
*latitudines quarundam civitatum quibus adole-  
 scentes uti poterunt ad exercendā doctrinā de  
 locorum distantijs inuestigandis.*

	Longitudo	Latitudo
	G. M.	G. M.
Roma	36 20	41 50
Florentia	33 30	43 4
Venetiae	32 30	44 50
Patauium	31 50	44 46
Tridentum	30 30	45 14
Mediolanum	28 20	45 6
Genua	28 20	43 50
Cōstantinopolis	96 0	43 8
Athenæ	52 45	37 15
Cracouia	37 50	30 12
Dantiscum	39 2	34 54
Stetinum	33 20	34 0
Berlinum	31 36	32 52
Fran. ad Oderā	32 34	32 33
Brandenburgum	30 38	32 36
Rostochium	30 14	34 36
Magdeburgum	29 38	32 20
Brunswicum	28 0	32 34
Lunenburgum	27 50	34 0

Q V A E S T I O N E S

	Longitudo	Latitudo
	G. M.	G. M.
Praga	32 0	50 6
Ephordia	28 39	51 10
Noriberga	28 20	49 24
Bretta patria D. Phil.		
Melant.	25 27	49 5
Colonia	23 28	51 0
Vormatia	25 15	49 44
Basilea	24 22	47 42
Constantia	26 43	47 30
Louanium	20 36	50 59
Antuerpia	20 16	51 28
Lugdunum	21 27	45 10
Alexan. Aegypti	60 30	51 0
Tarsos patria S. Pauli		
	67 40	55 50
Hierosolyma	66 0	51 40
Babylon	79 0	55 0
Niniue	78 0	56 40
C.		

DEFINITIO, APPELLA  
TIONES, DIVISIO ET OFFICIA  
SEV UTILITATES HORI-  
ZONTIS.

E. B.

**Quid est horizon?**

**E**sit circulus magnus immobilis, qui undique  
equaliter à puncto verticali distans apparentem  
mundi partem ab occultata dirimit.

**Quæ sunt appellatiæ Horizontis?**

**P**rimo, Horizon dicitur ab ὄριον, quod  
determino uel definio & designo significat, quia  
conspectum mundi partem determinat. uel ab  
ὅρῳ, id est, terminus uel finis. Deinde eadem ra-  
tione & Finitor dicitur.

**T**ertio, Macrobius horizontem uocat terminus  
cœli, quod supraterrā uidetur esse, lib. i. cap. 15.  
quia est terminus uel limes separans hemisphæri  
um inferius à superiori. Ab eodem & Gyrus he-  
misphærij uocatur. Sic & ab Alfragano uoca-  
tur circulus hemisphærij.

**Est ne unus tantum Horizon?**

**T**ot sunt Horizontes, quot sunt meridiani.  
Cum enim omnium locorum non possit esse unus  
uel idem Zenith, unus quoq; meridianus omni-  
bus esse non poterit. Cum igitur polus Horizons  
tis sit ipsum Zenith, quod est in meridiano, suum  
aut cuiq; loco sit Zenith, et proprius itē meridia-  
nus, sequitur cuiq; loco propriū esse horizontē.

**Quotuplex est horizon?**

G. 5

## Q V A E S T I O N E S

Bisariā diuiditur horizon. Primo diuiditur in rectum & obliquū. Rectus est, cuius poli sunt in æquinoctiali, uel in cuius polis æquinoctialis et meridianus se se intersecat: et q̄ cū æquinoctiali angulos rectos constituit. Obliquus uero est, cuius poli sunt ultra uel citra æquinoctiale, & qui cum æquinoctiali obliquos & inæquales angulos cōstituit.

Deinde à Proclo & Macrobio diuiditur in rationalem & sensibilem. Rationalis est, qui sola ratione percipitur. Cum enim uisus noster affirmamentum non extendatur, imaginamur circulum quēdam in primo mobili, distinguentem mundum in duo hemisphaeria, alterum supra horizontem & conspectum, alterum infra, & in conspectū. Horizo sensilis seu sensu perceptibilis, est circulus à nostro uisu in termino uisīoīs circē scriptus, ubi uisus noster propter rotunditatem terrae deficit, & cœlum terræ adhærere iudicat.

Quantus est diameter sensibiliis horizontis?

Macrobius tribuit semidiametro sensibilis horizontis 180. stadia, id est, miliaria Germ. 5. cum dimidio ferē, & tantum se extendit uisus noster in planicie terræ, aut in mari tranquillo. Et loquitur Macrobius de horizonte quatenus acies oculorum

lorum terminum in eis a plana cōstituit Proclus  
uero tribuit semidiametro sensibilis horizontis  
1000. stadia, id est, mil. Ger. 31. cū quadrāte. Et lo-  
quitur Proclus de horizōte quatenus uariat sen-  
sibiliter apparentiæ cœlestes, secundum lōgitudi-  
nem et latitudinem, ut dierū longitudo, climata,  
ortus & occasus stellarū, eclipses, etc. Vide dispu-  
tationē M. Erasmi Reynholti inter disputatio-  
nes Vitebergenses.

**Quæ sunt officia uel utilitates  
horizontis?**

I

Totū cœlum diuidit in duo hemisph̄eria.

II

Ostendit quæ stellæ sint perpetuae apparitiōis,  
quæ perpetue occultationis, quæ deniq; oriantur  
& occidunt.

III

Est causa habitudinis rectæ sph̄erae & oblique.

III

Ortus est occasus stellarū penes horizontē ob-  
seruātur, à quibus stellis deinde poētæ descrip-  
tiones temporū mutuātur: & ostendit etiam gradū  
Zodiaci, cū quo quālibet stella oritur & occidit.

V

Determinat quantitatēm cuiuslibet dici et no-  
tis artificialis.

## Q V A E S T I O N E S

### V I.

Ostendit causam aequalitatis & inaequalitatis  
dierum & noctium artificialium.

### V II.

Beneficio horizontis splendente Sole cognos-  
cimus horam diei inaequalem.

### V III.

Puncta ortus & occasus stellarum in hoc cira-  
culo notantur, & quantum eorum ortus distet à  
aero & equinoctiali ortu.

### V IX.

Conducit ad inueniendam latitudinem loci:  
unde deinde beneficio huius circuli & meridia-  
ni certæ locorum distantiae inueniri possunt.

## DEFINITIONES, APPEL- LATIONES ET OFFICIA TRO- PICORVM CIRCULORVM.

Qui circuli dicuntur tropici?

Sol motu primi mobilis quotidie semel cir-  
cunducitur, & quia in obliquo circulo uersa-  
tur, ac motu suo proprio subinde ad alia loca Zo-  
diaci transit, singulis diebus singulos circulos e-  
cum describere necesse est. Repetit tamen eosdem  
circulos in partibus Zodiaci, que à punctis solsti-  
cialibus

tialibus æquidistant, ita ut sint tantum 182. circu-  
li. Hos dierum naturalium circulos appellant, ex  
quibus ultimi, qui includunt viam solis, dicuntur  
tropici, uidelicet tropicus Canceris & tropicus  
Capricorni.

### Quid est tropicus Canceris?

Est circulus minor, id est, cuius planum non  
transit per centrum terræ: estque unus naturalium  
circulorum, qui ultimo descriptus est à Sole uer-  
sus septentrionem, & dicitur per principium  
Canceris, unde & tropicus Canceris dicitur. Voca-  
tur & circulus solsticij aestivii, eadem ratione, quia  
per punctum solsticij aestivalem dicitur. Item tro-  
picus septentrionalis, quia est in parte mundi sep-  
tentriionali. Item aestivus, quia Sol in estate in huc  
circulum incidit. Hic circulus in omni tractu sep-  
tentriionali ita se habet, ut maior portio sit supra  
horizontem, & minor infra. Vnde Sol existens  
in illo circulo efficit diem astatim maximum.

### Quid est tropicus Ca- pricornis?

Est circulus minor, unus ex naturalibus circu-  
lis, qui uersus meridiem ultimo descriptus est à  
Sole: & dicitur per principium Capricorni, un-  
de & hanc appellationem sortitus est. Dicitur

## Q V A E S T I O N E S

etiam circulus solsticij hyemalis, tropicus brumalis, quia quando Sol incidit in hunc circulum, est bruma, hoc est, breuissimus anni dies. Item tropicus hybernius, &c. Huius circuli minor portio nobis est supra horizontem, & maior infra.

### Quare dicuntur tropici?

Tropici dicuntur à Σοτίῳ, id est, retro uero, quia quando Sol peruenit ad puncta solsticia lia, per quae ducuntur tropici, iterum reflectitur. Ut Sol progressus ex principio Cancri descendit iterum, & à puncto nostro uerticali reddit: perueniens autem Sol ad principium Capricorni, non ulterius progreditur uersus meridiem, sed reuertitur, & ad Zenith nostrum indies prius accedit.

### Quæ sunt officia seu utilitates tropicorum?

#### I.

Ostendunt loca eclipticæ, in quibus fiunt Solis conuerstiones seu solsticia.

#### II

Ostendunt in omni sphæræ situ diem longissimum & diem breuissimum, eorumq; quantitatē.

#### III

Includunt vias Solis, sunt n. uelut limites includentes

tes in cœlo regione in qua Sol perpetuo mouetur.

III

Ostendunt maximam solis declinationem.

V

Separant in cœlo zonam torridam à duabus temperatis.

## DESCRIPTIO, NOMINA

ET OFFICIA POLARIVM

CIRCVLORVM.

Quid sunt polares circuli?

Sunt duo ex minoribus circulis vicini polis mundi, æquidistantes æquinoctiali, qui motu proprii mobilis describuntur à polis Zodiaci.

Quæ sunt appellationes horum circulorum?

Vocantur polares, quia sunt vicini polis: Horum alter vocatur arcticus, quia describitur circa polum arcticum, alter antarcticus, quia circa antarcticum polum describitur.

Quæ est distantia poloꝝ mundi à polis Zodiaci; uel quantus est semidiameter polarium circulorū?

Polorum Zodiaci à polis mundi tanta est distantia, quanta est maxima solis declinatio-

## Q V A E S T I O N E S

natio: eam autem suprà secundū recentiores dixi  
mus esse graduum 23. min. 50.

Proba distantiam polorum mundi  
& Zodiaci else & aqualem ma-  
xime Solis declinationi.

Hec demonstratio prærequisit has tres pro-  
positiones.

Prima. Quartæ cuiusq; circuli ubicung; sumā  
tur sunt inter se æquales.

Secunda. Poli per quartam, hoc est, 90. gradi-  
bus distant à suo circulo.

Tertia. Aequalia ab æqualibus ablata relin-  
quunt æqualia.

Nunc igitur sumo quartas duas in uno & eo  
dem circulo coluro, uidelicet solsticiali, ex ea par-  
te, ubi per principium Capricorni transit. unam  
que est à polo mundi ad æquinoctialem, Alteram  
que est à polo Zodiaci ad Zodiacum uel eclipti-  
cam, & sic argumentor. Cum æqualia ab æquali-  
bus auferuntur, residua erunt æqualia. Prædictæ  
quarte sunt æquales, quia sunt in eodem circulo,  
& ab utraq; auferuntur æqualis seu communis ar-  
cus, uidelicet qui continetur inter æquinoctialem  
& polum Zodiaci, qui arcus cointinet gradus 66.  
min. 50. Ergo harum quartarum arcus residui  
sunt

seu remanentes sunt aequales, id est, distantia polorum Zodiaci & æquinoctialis est aequalis maxime solis declinationi. Si enim subtrahuntur 56. gr. 30. min. ab utraq; quarta, remanent gr. 23. min. 30. distantia uidelicet inter prædictos polos, & maxima Solis declinatio.

Quæ sunt utilitates seu officia polarium círculorum?

## I

Ostendunt polos Zodiaci, & distantiam eoru[m] à polis mundi.

## II

Distinguunt Zonas frigidas à temperatis, & tunc cum tropicis totum primum mobile in quinque partes seu regiones, quas zonas vocant, dividunt.

DESCRIPTIONES, APPELLATIONES, QVALITATES, ET UTILITATES ZONARVM.

Quid est Zona?

Zona est spacium cœli, aut terræ, inter duos proximos minores circulos, aut inter circulum minorum & polum mundi contentum.

## H

Q V A E S T I O N E S  
Quæ sunt appellations  
Zonarum?

Zonæ dicuntur à Greco ζώνη, id est, ar-  
ma induere seu cingi. cœlum enim seu terra his  
quasi cingi imaginatur. Martianus uocat fascias,  
et Macrobius eadem de causa cingulos uocat. O-  
uidius appellat eas plagas, id est, ffacia: Cicero  
maculas.

Quotuplices sunt Zonæ?

Physici, Astrologi, Geographi et Poëtæ tam  
cœlum quam terram in quinq; plagas seu inter-  
ualla quatuor circulis minoribus distinguunt. qua-  
re duplices Zonæ sunt, uidelicet cœlestes et ter-  
restres. Sunq; cœlestes causa terrestrium. illis ca-  
ninterrestres directè subjiciuntur.

Quæ sunt longitudines & la-  
titudines cœlestium  
Zonarum?

Longitudo Zonarum initium sumit ab occi-  
dente, et extenditur per meridianum in oriens-  
tem, et rursus ab oriente per circulum mediæ  
noctis in occidentem. Latitudinem autem Zona-  
rum motus Solis in Zodiaco et poli Zodiaci de-  
scribunt. Motus enim Solis seu Zodiacus descri-  
bit Zonam torridam. Nam Sol in una parte Zo-  
diaci

IN SPHAE R A M.

50

Zodiaci recedit ab æquinoctiali uersus septentrionem  
ad elongationem graduum 23. minutorum 30. fere  
re, suoq; diurno motu in principio Cancri exi-  
stens describit tropicum Cancri, qui duarum Zon-  
narum limes est. In altera uero Zodiaci parte  
Sol discedit in meridiem ad eandem elevationem,  
& existens in principio Capricorni describit tro-  
picum Capricorni, qui alias Zonarum limes est.  
Interuallum autem his duobus circulis inclusum,  
medium tenens locum, Zona torrida dicitur. At  
que ita occupat Zona torrida gradus 47. Dein  
de poli Zodiaci, qui quotidie circa polos mundi,  
à quibus 23. gra. 30. minutis distant, motu prime  
mobilis circumagitantur, describunt duos in dia-  
uersis coeli partibus circulos, polares uidelicet,  
qui etiam Zonarum limites, distinguunt duas tem-  
peratas à frigidis Zonis. Vtriusq; igitur frigida  
Zona usq; ad polos mundi latitudo est 23. gra-  
duum, min. 30. Reliqui de semicirculo gradus tem-  
peratis attribuuntur, ita ut utraq; contineat gra-  
dus 43.

Quæ est longitudo & latitu-  
do terrestrium Zo-  
narum?

Longitudo terrestrium est similis longitudini

H 2

## Q V A E S T I O N E S

ni cœlestium, uidelicet ab occasu per meridiem in ortum, inde per medianam noctem rursus in occassum. Est & latitudo earum consimilis latitudini cœlestium Zonarum. ut quæ est ratio latitudinis torridæ Zone cœlestis ad totam circumferentiam, ea quoq; est ratio torridæ terrestris Zone ad terram globi ambitum, uidelicet sicut 47. grad. ad 360. & sic de reliquis. Porro latitudo in miliaribus facile inuenitur, si gradus per 15. multiplicantur: ut torridæ Zone tribuantur 47. gr. qui multiplicati per 15. miliaria producunt 705. miliaria, latitudinem uidelicet torridæ Zone, &c.

Vbi est initium & finis cuiusque Zone secundum latitudinem,  
& quæ loca in quibus sunt Zonis?

Medium torridæ Zone est sub æquinoctiali, ubi uterque polus est in horizonte. termini eius utriusq; sunt, ubi eleuatio poli tam meridionalis quam septentrionalis est graduum 23. min. 30. Ibi & initium utraq; temperata sumit, & protenditur usque in eum locum, ubi eleuatio poli est 66. gr. 30. min. qui locus frigidarum Zonarum initium est. Nam facile intelligi potest, quæ loca in qua zona sint: si enim eleuatio poli septentrionalis

IN SPHÆR A M.

51

trionalis est minor 23. gradibus 30. min. locus iste  
est in torrida Zona. Si uero præcise eleuatio cō-  
tinet tot gradus & minuta, locus est in limite tor-  
ride & temperata Zone. Deinde si eleuatio po-  
li septentrionalis est maior 23 gr. 30. min. minor  
tamen 66. gra. 30. min. locus iste est in tempera-  
ta Zona. Si uero præcise est graduum 66. mini-  
30. locus est in finibus temperata & frigidæ Zo-  
ne. Postremò si eleuatio excedit 66. gr. 30. min.  
locus est in frigida regione.

Quid differunt climata  
& Zonæ?

Zona est spacium terræ ab occidente in orien-  
tem, & deinde per circulum mediæ noctis rur-  
sus in occidentem. Clima uero est tantum ab occi-  
dente in orientem. Deinde Zona est spacium ter-  
ræ inter duos aequidistantes circulos, clima uero  
est tantum spacium habitatæ terræ inter duas li-  
neas aequidistantes contentum.

Quæ sunt qualitates  
Zonarum?

Cœlestibus Zonis tribuuntur qualitates non  
formaliter, sed tantū uirtualiter, hoc est, cœlestes  
Zonæ neq; sunt frigidæ, neq; calidæ, neq; tēpera-  
tæ, sed dicuntur frigidæ, torridæ, & temperatæ,

H 3

## Q V A E S T I O N E S

propter Solem, qui nunc in hanc, nunc in illam  
mundi partem se flectens suos terræ immittit ra-  
dios, nunc perpendicularares, ut sub æquinoctiali:  
nunc per obliquum, ut in sphæra obliqua: qui ra-  
dij deinde quo rectiores in terra angulos consti-  
tuunt, eo maiorem calorem excitant: quo angu-  
los obliquiores faciunt, eo debiliores sunt in exci-  
tando calore. Ut sub æquinoctiali radij rectissi-  
me & perpendiculariter incidentes rectos angu-  
los in superficie terræ constituunt, & propterea  
etiam maximum ibi aestum efficiunt. Deinde utrum  
que uersus polos radij incidentes sunt obliquio-  
res, & angulos magis impares seu obliquos con-  
stituunt, quare & calor minor est. In temperata  
Zona præsertim in æstate radij angulos constitu-  
unt serè ad rectitudinem accedentes, in hyeme ad  
obliquitatem, quare ibi commoda est habitatio:  
Sed in frigidis Zonis anguli sunt ualde impares,  
& obliquissimi, sicut in torrida Zona sunt rectissi-  
mi: quare Zone frigidae sicut & torrida, sunt  
incommode ad inhabitandum. Porrò radius in-  
cidens & reflexus quo sunt propinquiores iniui-  
cem, eo fortius excitant calorem, ut quotidie uide-  
mus, Solem in meridiano existentem (in æstate ui-  
delicet) dimittere radios serè perpendicularares,  
qui radij serè etiam in seipso reflectuntur, quare  
tunc

Eunc maximus diei calor est. Ecōtra, Sole in ortu aut occasu existente, quia radij, incidens uidelicet et reflexus, disgregantur, minus sunt efficaces, et calor non nihil remittitur. Sic in torrida Zona sunt radij perpendiculares, qui in seipso reflexi maximum aestum causant: in temperata paulatim magis magisq; discedunt, unde et temperatum calorem efficiunt. In frigidis uero Zonis maxime discedunt, et propterea nullum effectum habent.

Quæ sunt utilitates  
Zonarum?

Prima, ostendunt quæ partes terræ sint comoda habitationis.

Secunda, Mores sequuntur temperamentum aëris. quare Zona docent nos naturam animalium. In frigidis et torrida Zonis sunt homines breuiores, propter frigus constringens corpora, et aestum corpora exiccatem: item sunt fructiores et agrestiores his, qui in temperata Zona uiuunt.

FINIS QVAESTIONVM  
secundi libri

H 4

QVAESTIONES  
IN TERTIVM LIBRVM  
SEV CAPITVLVM SPHAE-  
RAE QVAESTIONES.

Quæ est summa ter-  
tij libri,

**I**N hoc tertio capitulo tractat auctor sphæ-  
rae de apparentijs quibusdam cœlestibus, que  
ratione primi mobilis & motu Solis in Zo-  
diaco fiunt. Sunt autem 4. præcipui loci huius ca-  
pituli. In primo loco dicit de ortu dupliciti, Poëti-  
co uidelicet, id est, de ortu stellarum fixarum, &  
Astronomico, hoc est, de ascensionibus signorum  
& partium eclipticæ in utroq; sphærae situ. In  
secundo loco dicit de diebus naturalibus & arti-  
ficialibus, ac inæqualitatis dierum naturalium in  
utraq; sphæra, & dierum artificialium æqualita-  
tis in sphæra recta, inæqualitatis uero (duobus  
diebus tantum exceptis) in obliqua sphæra, cau-  
sus ostendit. In tertio loco traduntur quædam ac-  
cidentia seu proprietates eorum, qui sub æquino-  
ctiali, deinde & eorum qui in obliqua sphæra ha-  
bitant. Quartus locus Geographicus est, in quo  
docetur quomodo terræ habitabilis portio seu tē-  
perata Zona pro maximi diei uariatione in cer-  
ta spacia, quæ climata vocant, distribuatur.

Primus

IN SPHÆRAM.

53

PRIMVS LOCVS DE OR  
TV ET OCCASV DVPLICI.

Quid est ortus signi?

Est aut ascensio supra horizontem, aut appa-  
ritio astri, quod antea densitate terræ occultatum  
sub horizonte erat, uel lumine solis tectum non  
poterat conspicere: aut ascensio seu tempus ascensio-  
nis arcus Zodiaci supra horizontem.

Quid est occasus signi?

Est aut astri descensio sub horizontem, seu  
occultatio; aut est descensio signi Zodiaci sub ho-  
rizontem.

Quotuplex est ortus?

Duplex, uidelicet Poëticus & Astronomicus,

DE ORTV POETICO.

Quid est poëticus ortus?

Ortus poeticus est astri eleuatio, aut appari-  
tio supra horizontem. Et sit hic ortus, quando stel-  
la emergit supra horizontem, aut ex radijs sola-  
ribus. Occasus uero poëtius est astri occultatio,  
quod aut descendit sub horizontem, aut propter  
uicinitatem solis non amplius conspicere potest.

Quibus stellis utuntur Poëtae in  
descriptionibus temporum?

Quatuor sunt genera apparitionis & oculi

H 5

## Q V A E S T I O N E S

Cationis stellarum. In sphera recta omnes stelle  
coeli oriuntur & occidunt. In sphera obli-  
qua quedam perpetuo sub horizonte manent:  
quædam perpetuo supra horizontem: que-  
dam uero oriuntur & occidunt. Huius quarti ge-  
neris stellarum ortus & occasus Poëtae, Historio-  
graphi & scriptores rei rusticæ obseruant, &  
his utuntur in descriptionibus temporum.

Quotuplex est ortus poëticus?

Triplex, uidelicet Cosmicus, Acronyicus &  
Heliacus. Veteres Astronomi duplēcē fecerunt  
ortum, uerum uidelicet & apparentem.

Quid est uerus ortus  
& occasus?

Ortus uerus duplex est, matutinus & uesti-  
tinus. Ortus uerus matutinus est, quando una cū  
Sole, seu cum gradu eclipticæ, quem Sol tenet,  
stella ascendit. Econtra occasus uerus matutinus  
est, quando oriente Sole stella è regione occidit  
cum gradu, qui gradui Solis oppositus est. Et uo-  
catur hic à recentioribus ortus & occasus Cos-  
micus. Ortus uero uestertinus uerus est, quando  
occidente Sole è regione in ortu sydus emergit.  
Econtra occasus uerus uestertinus est, quando u-  
na cum gradu Solis sydus descendit. Estq; hic re-  
centioris

centioribus ortus & occasus acronycus.

**Quid est ortus & occasus  
apparens?**

Et ortus & occasus apparens duplex, matutinus uidelicet & uestpertinus. Ortus appa-  
rens matutinus est, quando stella antea radijs Solis tecta, ante ortum Solis apparere iterum incipiit. Hic ortus nunc heliacus dicitur. Econtra occa-  
sus apparens matutinus est, quando sidus iam  
iam occasum, seu sub horizontem subiturum,  
conficitur Sole e regione iam iam orituro.

Ortus uero apparens uestpertinus est, quan-  
do sydus in crepusculo uestpertino primum supra  
horizontem eleuari conficitur. Econtra occa-  
sus apparens uestpertinus est, quando stella, quae  
antea confici poterat, post Solis occasum iam  
amplius apparere definit. Hic nunc occasus he-  
liacus dicitur. Ex his patet ortum cosmicum &  
acronymum ueros ortus esse, quia tunc intelligi-  
mus stellam oriri, siue conficiatur siue non. Or-  
tum autem heliacum esse apparentem, quia stel-  
lam tunc apparere seu confici sentimus.

**Quid est ortus Cos-  
micus?**

Ex predictis intelligi potest quid sit ortus au-

## Q V A E S T I O N E S

occasus cosmicus, acronycus & heliacus. Verū ut melius intelligatur quid sit oriri cosmice, acronyce & heliacē, repetam ea breuiter, & addā exempla. Ortus igitur cosmicus est astrī unā cum Sole supra horizontem eleuatio, quod tamen cerni non potest, propter lumen solare, quo obscuratur. Ita quotidie quædam stellæ cum Sole ascendent. Exemplum. Verg. Candidus auratis apertit cum cornibus annum, id est, Sole existente in Tauro. Occupabat autem constellatio illa, quæ nunc speciale nomen Tauri habet, totū illud spaciū Zodiaci, tempore ueterum, quod Taurus dicitur, cum hoc nostro tempore illa constellatio sit tantum in fine illius spaciū partibus suis posterioribus, & caput seu partes anteriores in spaciū, quod geminorum appellationem fortitum est, extendat. Loquitur ergo poëta de ortu Tauri cosmicō, qui accidit priscorum tempore circa medium Aprilis.

Quid est cosmicus occasus?

Est descensio astris sub horizontem Sole erigione ascendentē, tametsi illud astrum per totam noctem conspicī potest. Porrò fiunt ortus & occasus cosmicus eodem tempore: Mane enim Sole exoriētē ex opposito semper quædam stellæ occidunt.

cedunt. Exemplum, Verg. Ante tibi Eoë Athlantides abscondantur, Debita quām sulcis committas feminæ, &c. id est, Pleiades filiæ Athlantis occidunt Eoë, hoc est, matutinæ. Ponitur autem adiectuum more Græcorum loco aduerbij manne. Et loquitur poëta de cosmico occasu Pleiadum, quæ sunt in tergo Tauri, Sole in opposito signo in Scorpione existente, qui occasus Pleiadum accidit tempore Vergiliū die ferè 22. Octobris.

**Quid est acronyclus ortus?**

Est ascensio stellæ uestpertina, sole ē regione descendente. Et potest idem signum eodē die, quod cosmice occidebat, oriri acronyce: & econtra, quod cosmice oriebatur, acronyce potest occidere, si est vicinum eclipticæ. Exemplum. Quid.

Quatuor autumnos Pleias orta facit.

Sol in autumno est in Scorpione, Pleiades autem sunt in opposito signo, TAURO uidelicet. Sole igitur uestperi in Scorpione occidente, ē regione oriuntur Pleiades acronyce. Accidit autem hic ortus Pleiadum tempore Vergiliū 22. Octobris.

**Quid est occasus acronyclus?**

Est astri uestpertina descensio unā cum Sole sub horizontem. Fiunt autem ortus & occasus acronyclus eodem tempore, uestperi uidelicet.

## Q V A E S T I O N E S

### Exemplum.

Ouidius, Quem modo (hoc est, 2. Februarij) celatum stellis delphina uidebas.

Is fugiet uisus nocte sequente (id est, 3. Februarij) tuos. Tertio die Februarij fuit Sol in 19. Aquarij, cum quo Aquario & delphin occidit. Loquitur ergo Ouid. de occasu delphinis acronyco.

### Quid est heliacus ortus?

Est apparitio astri, quod antea propter Solis uicinitatem conspicere non poterat. Est hic ortus cosmico cognatus est. stellæ enim quæ cosmice oririuntur non cernuntur, donec Sol ab ijs discesserit, et cum iam mane paulò ante ortum Solis conspicere cœperint, heliae oriri dicuntur.

### Exemplum.

Ouid. Nonæ signa dabunt ex oriente Lyra.

Nonis Ianuarij dicit oriri Lyram, id est, s. die Ianuarij. Fuit autem Sol tempore Ouidij eo die in 20. gradu Capricorni: et lyra oriebatur Alexandriae cum 15. Scorpij, qui gradus præcedit locum Solis in Capricorno, et mane ante ortum Solis lyra antea radijs Solis obscurata iterum conspicitur. Intelligendus est igitur hic uersus de ortu lyre heliaco.

### Quid est occasus heliacus?

ED

Est occultatio astri, quæ sit Sole ad astrum accedente. Sol enim accedens ad stellam aliquam, quæ antea uesteri in horizonte statim post occasum Solis conspicere poterat, radijs suis eam tegit seu obscurat, ut non amplius uesteri appareat, donec Sol discenderit. Tunc enim iterum heliacæ oriens incipit. Hic occasus ortum heliacum præcedit. Porro certo definiri non potest, quanta debeat esse propinquitas stelle ad Solem ut tegatur seu obscuretur, aut quanta debeat esse distantia seu remotione stelle à Sole ut iterum appareat. Stellæ enim non sunt eiusdem magnitudinis. Deinde habent in æquales latitudines. Tertio signo, cum quibus stelle ascendunt aut descendunt, non habet eandem obliquitatem vel rectitudinem. Postremo variat etiam tempus apparitionis & occultationis stellarum.

Exemplum heliaci occasus. Vergilius,  
Candidus auratis aperit cum cornibus annum.  
Taurus, & aduerso cedens Canis occidit astro.

In posteriori uersu dicit, Canis uidelicet stella, quæ Sirius, & canicula dicitur, cedens aduerso astro, id est, fugiens aduersum Taurum, seu Taurum qui cornibus petit canem, occidit scilicet heliacum, id est, tegitur radijs Solis, et uesteri post occasum.

## Q V A E S T I O N E S

Solis apparere definit, quod factū est tēpore Ver-  
giliū circa mediū Aprilis Sole existente in prio-  
ribus gradibus Tauri. Occidit enim Canis Ro-  
mæ illo tempore cum 22. gradu Tauri. Quare So-  
le accedente ad Taurum, Canis uesteri post occa-  
sum Solis lumine Solari obscuratur, & non am-  
plius conspicitur, donec Sol peruererit ad finem  
Cancri. Tunc enim ante ortum Solis heliacæ ori-  
ens iterum apparet.

Ad quid conducit scire hanc ra-  
tionem ortuum & occasuum  
poëticorum?

Conducit ad intelligēdā ueterum scriptorum  
loca descriptiones temporum continentia. Dein  
de prodest nobis scribentibus, ut cū tempus ali-  
quod anni significare per ortum & occasum stel-  
lae aliqui insignis uolemus, statim uideamus quæ  
stellae illo tempore oriantur aut occidunt.

Quæ sunt necessaria ad descriptio-  
nes poëticas intelligendas?

Veteres in omni descriptione ortus & occa-  
sus stellarum aut certum genus ortus ponunt, tē-  
pus uero, quod ortu illo significatur, non exprimunt,  
ut Verg. in uersu, Ante tibi Eoæ Athlanti-  
des abscondantur, expresse dicit Pleiades occide-

re

temane, id est, cosmicō occasū: aut tempus ortus  
& occasus definiunt, ortus genere non expresso,  
quod plerūq; facit Ouidius, ut in uersu: Quatuor  
autumnos Pleias orta facit: ubi de autumno loquā  
tur. Ut igitur ex certo aliquo genere ortus pro-  
posito, aut etiam non nominatim expresso tem-  
pus anni, quod per illum ortum significatur, inue-  
nire possis, aut possis definire certum genus or-  
tus uel occasus ex tempore ortus uel occasus no-  
minato seu expresso: ut denique tempus aliquod  
per ortum aut occasum insignis alicuius stellæ de-  
signare aut describere possis, prius tibi erit ex-  
ploranda eleuatio illius loci, in quo stellarum or-  
tus & occasus obseruantur. Deinde ex ueris stel-  
larum locis diligenter inquirendi sunt gradus e-  
clipticæ, cum quibus oriuntur & occidunt stellæ,  
quarum ortus inquiruntur. Postremo tenenda  
sunt & loca eclipticæ, quæ Sol singulis diebus te-  
neat. Porrò ortus & occasus stellarum nostra æ-  
tate & veterum tempore uariant propter tres  
causas. Primo propter differentiam elevationū.  
Veteres enim, ut multi existimant, locuti sunt de  
Alexandrina eleuatione, quæ est graduum 31. Ro-  
mana eleuatio est graduum 41. Vitebergenis 52.  
forē. Quare magna est differentia inter eleuatio-  
nem Alexandrinam, Romanam, Vitebergensem,



## QVAESTIONES

que certe magnam facit diuersitatem, præsertim  
in ijs stellis, quæ non sunt uicinæ eclipticæ. Secun-  
dò uariant ortus propter motum octauæ sphæræ,  
qui longitudines stellarum mutat, & facit ut stelle  
nunc non oriātūr & occidant cum ijs gradibus,  
cum quibus tempore ueterum oriebantur & oc-  
cidebant. Tertiò uariant propter anticipationē  
æquinoctiorū, & introitus Solis in signa. Acqui-  
noctia enim anticipant: & Sol serius ingressus est  
signa priscorum tempore quam hac nostra æta-  
te: quod fit quia plus iusto tribuitur annuo spa-  
cio. Attribuuntur enim anno ex correctione lu-  
lij Cæsaris 3 o s. dies, & horæ, pro quibus horis  
quarto quoq; anno, qui bisextilis dicitur, diem  
integrum addunt. Sed cum annus sit minor hoc  
spacio quinq; ferè minutis, fit ut in spacio duode-  
cim annorum hora una, in spacio uero annorum  
288. integer dies superfit, q; dies facit ut æquino-  
ctia & introitus Solis in signa anticipet, & singu-  
lis 288. annis in præcedentem diem mensis coin-  
cidant. Quando autem priscorum tempore Sol  
sit ingressus signa Zodiaci: item quæ stelle cum  
quibus gradibus ecliptice ascenderint & descen-  
derint ad elevationem Alexandrinam & Ro-  
manam, ostendunt due tabule, quæ ad calcem  
sphærici libelli sunt adiectæ.

Prior

IN SPHAERAM  
PRIOR VSVS LOCIDE  
ORTV POETICO.

Quomodo ex certo genere  
ortus aut occasus tempus  
colligitur?

Si fit mentio ortus aut occasus alicuius stellæ:  
quære in tabula(que ostendit gradus eclipticæ cœ  
stellis insignioribus ascendentibus & descendebus  
ad utrāq; eleuationem Alexandrinam & Ro-  
manā)gradum eclipticæ ascendentem, si fit men-  
tio ortus: si uero occasus mentio fit, gradum de-  
scendentem cum stella primo ad eleuationem A=  
lexandrinam, deinde ad Romanam: ex his elige  
alteram, ad quam ortus aut occasus maxime qua-  
drare uidebitur. Cum isto deinde gradu alteram  
tabulam ingredere, que ostendit introitum Solis  
in signa Zodiaci, item uerum locum Solis ad fin-  
gulos dies tempore ueterum: & quære quo die  
Sol gradum inuentum tempore prisorum tenue-  
rit. Ex gradu & die inuentis facile poteris collé-  
gere tempus, quod per illum ortum aut occasum  
significatur. Ut, Ante tibi Eo& Athlantides absco-  
datur. In hoc loco certum occasus genus expresa-  
sum est. Dic̄tio enim Eo& ostendit Vergilium lo-  
qui de occasu cosmicō. Quæro igitur ex tabula

## Q V A E S T I O N E S

gradum, cum quo Pleiades descendunt, & imme-  
nio quartum gr. Tauri. Cum autem matutinus  
seu cosmicus occasus fiat respectu Solis orientis,  
& stelle ipsi Soli oppositae occidētis ē regione,  
colligo Solem fuisse ē regione in 4. gra. Scorpīj,  
quem gradum (ut in tabula reperio) Sol tenuit  
22. Octobris, quo die occasus iste Pleiadum olim  
accidit.

### Aliud exemplum.

Candidus auratis aperit cum cornibus anni  
Taurus, & aduerso cedens Canis occidit astro.

Dictio aperit ostendit poëtam loqui de ortu  
Tauri cosmico, quando uidelicet Sol ingreditur  
Taurum. Ingreditur autem Sol Taurum, ut ex ta-  
bula patet, 17. Aprilis. Cum autem Canis Romæ  
olim occidit cum gradu Tauri 22. sequitur Sole  
ueſperi cum principio Tauri descendente, Ca-  
nem propter uicinitatem radiorum Solis ueſperi  
non amplius apparere. Loquitur igitur poste-  
rior uersus de occasu Canis heliaco.

Quomodo ex tempore expresso,  
certum ortus aut occasus ge-  
nus colligitur?

Si certus dies ortus aut occasus aliquius est ex-  
pressus, genus autem ortus aut occasus ignora-  
tur,

tur, quere (ut suprà) gradum cum stella ascenden-  
tem aut descendenter. deinde ingredere tabulā,  
et uide quem locum Zodiaci Sol die illo, quo or-  
tus aut occasus accidit, teneat. Postremo tempus,  
locum Solis in Zodiaco, et gradum cum stella a-  
scendentem uel descendenter confer, et inueni-  
es certum ortus aut occasus genus. Ut Ouidius,  
3. Ianuarij: Octipedis frustra querentur brachia  
Cancri. Præceps occidua illæ subibit aquas. In  
hoc exemplo tempus occasus Cancri expressum  
est, genus autem occasus ignoratur. Video igitur,  
in tabula Solem 3. Ianuarij esse in 18. gradu Ca-  
pricorni, qui Cancro oppositus est. Quare Sole  
in Capricorno oriente è regione occidit Cancer  
cosmice.

## Aliud exemplum.

Ouid. 5. Ianua. Nonæ signa dabunt exorien-  
te Lyra.

In hoc exemplo loquitur Ouidius de ortu Ly-  
ræ. Ut autem genus ortus deprehendas, quære in  
tabula gradum eclipticæ cum Lyra ascendentem,  
et inuenies 15. Scorpij: deinde quære gradum  
quem Sol teneat die 5. Ianuarij, et inuenies 20.  
Capricorni. Hos duos gradus confrēs uides gra-  
dum stellæ in signorum ordine præcedere gradū  
Solis. Quare exponendus est uersus de ortu he-

Q V A E S T I O N E S

liaco . Lyra enim oritur ante 20. gradum Cas-  
pricorni.

DE ALTERO VSV  
ORTVS POETICI.

Tempus aliquod per ortum aut occasum stel-  
lae alicuius descripturo tria sunt obseruanda. Pri-  
num est explorandus horizon, in quo ortus aut  
occasus stellae obseruatur. deinde inquirendus est  
gradus eclipticæ cum stella ascendens aut descen-  
dens . Postremo tenendus est & locus Solis  
in ecliptica.

Ad quem horizontem obser-  
uabo ortus & occasus  
stellarum:

Nos hic exempla quedam accommodabimus  
ad Vitebergensem horizontem seu elevationem,  
quaest graduum fere 52. qua autem loca Sol sin-  
gulis diebus teneat nostro tempore, ex Epheme-  
ridibus, aut ex Calendario facile colliges. Verum  
stelle insigniores cum quibus locis eclipticæ oriā-  
tur & occidunt ad Vitebergensem horizontem,  
sequens tabula docet.

Cum gradu Ascendit Descendit  
Arietis & Caput Arietis Pegasus.

29 Caput Andromeda  
29 Piscis borealis.

Cum gra-

IN SPHÆRAM. 60

Cum gradus	Ascendit	Descendit
Tauri. 4		Caput arietis
8 Pleiades.		Lepus.
12		Gladius Orionis.
22		Cingulum Orionis.
		(Canis Maior.
26	Hyades . Sinister	Orionis hum.
Gemino 3 rum	Dexter humerus	Orionis.
14 Hyades.		
23	Procyon.	
28 Caput gem. prece.		
Cancri 3 Caput sequent. gem.		Caput bydri.
9		
11 Sinist. humerus Ori.		
15 dext. hume. Orionis.		
20 Cingulum Orionis.		
23 Sinister pes Orionis.		
29	Afini, Praesepē, Crater	
Leonis 1 Afini, Praesepē.		
2 Lepus.		
5 Procyon.		
10	Capita gem. Cor	
17 Canis maior, Caput		uus
hydri, ceruix Leonis.		

## Q V A E S T I O N E S

Cum gradu Ascendit Descendit.

23 Cor Leonis. Cor Leonis.

25 Lucida i tergo Leo.

Virgin. 10 Cauda Leonis.

23 Ceruix Leonis.

24 Vindemiator.

28 Arcturus.

Libra 1 Corona septentrionalis. Crater,

9 Spica Virginis,

15 Corvus.

28 Spica Virginis,

38 Tergum & cauda Leonis.

Scorpii 5 Lances librae

16 Vindemiator,

20 Cor Scorpii,

Sagittæ 2 Sagitta.

10 9 Cor Scorpii.

14 Aquila

18 Delphinus.

Capri 7 Arcturus.

corni 5 Sagittarius Sagittarius,

15 Pegasus. caput Andromedæ.

23 Caput Capricorni,

Aqua

IN SPHAERAM. 62

Cum gradu	Ascendit	Descendit.
Aquarij 3	Aquarius.	Capricornus. Co
17		Aquila. (rona.
25		Aquarius.
27		Sagitta.
Piscium 3		Delphinus,

Quis est usus huius tabulæ?

Vt usum huius tabulæ intelligas, sumamus unū atq; alterum exemplum. Scribat aliquis hac noſtra ætate munitissimam arcem Vuolſenbeutel cæptam esse die 12. Auguſti, anno 1542. Descriptuſ igitur hoc tempus per alicuius ſtellæ inſignis ortū aut occaſum, quæ ex Ephemeridibus gra- dum eclipticæ, quæ Sol tenet noſtro tempore 12. Auguſti, & inuenies Solem die 12. Auguſti eſſe in 28. gradu Leonis: quod & facile ex Calendario cognosces. Deinde ingredere tabulam præceden- tem: & uide quæ ſtellæ inſignes cum 28. gradus Leonis, aut cū uicinis gradibus oriantur, aut ē re- giōe occidat. Et uidebis cū 28. gradu Leonis nul- lam inſignem ſtellam cum Sole ſupra horizōtem ascendere. Quære igitur oppofitum gradum, qui eſt 28. gradus Aquarij. Ibi uidebis cum eodem fe- re gradu Sagittam coſmice deſcendere. Si uero inquis acronyco uel Heliaco ortu aut occaſu arcis



## Q V A E S T I O N E S

predictæ illustrare ditionem, uide in præcedē  
titabula quæstellæ insigniores cum Sole seu 28.  
gradu Leonis uesteri descendant, aut è regione  
orientur. Videbis autem hic nullam stellam insig-  
nem, cuius ortu aut occasu Acronyco hoc tem-  
pus describere possis. Quare numeram præce-  
denti tabula ascendendo, hoc est, contra seriem  
signorum, 12. aut 15. gradus: totidem & descen-  
dendo, hoc est, secundum signorum ordinem, nu-  
mera. Et inuenies capita geminorum illo tempo-  
re iterum ante ortum Solis mane incipere con-  
spici, quod Heliace oriri dicitur. Inuenies & cas-  
dā Leonis, quæ antea cōspiciebatur, uesteri post  
Solis occasum propter Solis uicinitatem non am-  
plius apparere, quod Heliace occidere dicitur.  
Iam igitur poteris eligere pro tuo arbitrio ortū  
aut occasum stellæ, quæ maxime uidebitur illua-  
strem redditura descriptionem dici 12. mensis  
Augusti:

## Aliud exemplum.

Eobanus Hessus natus est die 5. Ianuarij, An-  
no 1488. quo die Sol tenet 25. gradum Capri-  
corni, cum quo gradu Solis mane oritur Caput  
Capricorni. Cum opposito gradu nihil occidit.  
Deinde cum 25. gradu Capricorni nulla insignis  
steller

stella uestperi descendit, neq; cum opposito ascen-  
dit. Postremo Pegasus & caput Andromedæ ite-  
rum mane ante ortum Solis apparere incipiunt.  
Dico igitur Eobanum natum esse cum Pegasus  
exoriretur heliacæ.

### Aliud exemplum.

Die 28. Iunij, anno 1519. Francofordie ad  
Moenum electus est Imperator Carolus V. ut hoc  
tempus electionis per ortum aut occasum stellæ a  
licuius designes seu describas, primum quare gra  
dum, quem Sol tenet die 28. Iunij. Vides autem  
Solem die 28. Iunij esse in 15. gradu Cancri. Ex-  
plora deinde numeri aliquæ insignes stellæ cum 15.  
gradu Cancri ascendant aut descendant. Vides au  
tem in tabula, cum Sole existente in 15. gradu Cā-  
cri, dextrum humerum Orionis eleuari cosmice,  
& è regione nihil descendere cum 15. gradu Cā-  
pricorni. Vides & Sole in 15. gradu Cancri uestpe  
ri descendente, Pegasi & caput Andromedæ  
è regione ascendere acronyce. Postremo nume-  
ra ascendendo in tabula à loco Solis gradus 15.  
circiter: & uidebis caput gemini præcedentis or  
tum esse heliacæ. Totidem & descendendo nume-  
ra, & uidebis Asinos, Præsepe, & Craterē helia-  
ce occidere. Ad hunc modum quodvis tempus ob-

## Q V A E S T I O N E S

latum ortu aut occasu stelle alicuius poteris illu-  
strare.

### DE ORTV ASTRO- NOMICO.

Quid est ortus & occasus  
signi astronomicus?

Ortus signi Astronomicus est ascensio arcus  
seu partis æquatoris, que una cum signo aut par-  
te aliquæ zodiaci ex parte orientis supra hori-  
zontem ascendit. Occasus uero est descensio par-  
tis æquinoctialis circuli, que ex parte occidentis  
sub horizontem cum signo seu parte occidente  
descendit. Ut in sphera obliqua, ad latitudinem  
52. graduum, cum toto Ariete oriuntur de æqui-  
noctiali circulo 12. gradus. 48. min. que dicun-  
tur ortus Arietis. Sic gradus æquinoctialis 43, cor-  
respondentes toti Arietis signo descendenti, occa-  
sus Arietis dicuntur. Utq; id breuius & clarius  
dicam, Ortus & occasus Astronomicus nihil ali-  
ud est quam mors seu tempus, quod arcus seu si-  
gnū Zodiaci in suo ascensu aut descensu requirit.

Quare hic ortus traditur:

Tota doctrina rerum cœlestium ex hoc ortu  
& occasu pendet. Cum enim à Sole perpetuo sub  
ecliptica

ecliptica uersante reliqui Planetæ non procul di-  
scendant, omnesq; stelle ad eclipticam referantur:  
necessario fuit muenienda ratio ortus & occasus  
partium eclipticæ, ut ad quodlibet tempus da-  
tum ratiocinari situm eclipticæ in sphera, & ap-  
parentias, quæ ratione primi mobilis fiunt, ob-  
seruare possumus.

Quare ratione æquinoctialis  
hic ortus obseruatur?

Ascensiones & descensiones partium eclip-  
ticae certo sciri non possunt, nisi ecliptica (que ir-  
regulariter & inæqualiter peroritur, hoc est, in  
temporibus æqualibus inæquales arcus eclipticæ  
ascendunt) applicetur ad alium quendam circu-  
lum, qui regulariter ascendit. Aequinoctialis au-  
tem ascendit uniformiter, hoc est, æqualibus tem-  
poribus æquales arcus perorunt. Singulis e-  
nim horis quindecim gradus de æquinoctiali cir-  
culo ascendunt. Quare ut habeatur certa eclip-  
tice ratio, applicada est ad æquinoctialem. Mino  
rem probo. Si enim ecliptica regulariter orire-  
tur, semper esset æquinoctiū, cùm singulis diebus  
sex signa orientur. Sed non semper est æquino-  
ctium, Ergo partes eclipticæ irregulariter af-  
cendunt.

Q V A E S T I O N E S

Quotuplex est ortus & occasus

Astronomicus signif:

Duplex, uidelicet Rectus & obliquus.

Quid est ortus & occasus rectus?

Ortus uel occasus signi rectus, qui etiam ortus secundum longitudinem dicitur, est ortus uel occasus signi, cum quo maior pars oritur uel occidit de æquinoctiali quam de Zodiaco, id est, plus res gradus oriuntur de æquinoctiali quam 30. Ut in Vitebergenis horizonti situ cum Cancro, hoc est, 30. gradibus eclipticæ cooriuntur de æquinoctiali 37. gr. 55. min. Et dicitur rectus, quia angulus, que constituunt ecliptica & horizon, rectior evadit, quam angulus, quem efficit alia quedam pars eclipticæ cum horizonte, cum qua minus oritur de æquinoctiali.

Quid est ortus uel occa-

sus obliquus?

Ortus & occasus obliquus uel secundum latitudinem, est ascensio uel descensio signi, cum quo minor pars æquinoctialis oritur aut occidit, id est, pauciores gradus quam 30 oriuntur aut occidunt de æquinoctiali. Et dicitur obliquus, quia ecliptica cum horizonte acutorem & obliquorem angulum efficit, quam aliqua alia pars Zodiaci,

cum

cum qua plus oritur de æquinoctiali.

**Quæ est causa huius ortus obliquitatis & rectitudinis?**

Geometrica ratio est. Maiori enim angulo maius latus subtenditur, minori minus. Quo maior est angulus, quem constituant ecliptica & horizon, eo maior est arcus æquinoctialis angulo illi respondens: & quo minor est angulus, eo minor est arcus æquinoctialis ei respondens. Ut ex ampli gratia: angulus, quem constituit arcus ecliptice, qui Libra dicitur, cum horizonte Vitebergensis est maior angulo, quem arcus oppositus, vel delictet Aries cum horizonte constituit. Quare etiam maior i angulo maior arcus de æquinoctiali circulo opponitur, minori minor. Et cum æquinoctialis regulariter oriatur, sequitur maiore arctu tardius oriri & occidere, minorē uero citius:

**Quid est ascensio gradus eclipticæ?**

Ascensio cuiusq; gradus eclipticæ, dicitur arcus æquinoctialis à principio Arietis usq; ad punctum seu gradum æquinoctialis, cum proposito uel dato eclipticæ gradu ascendentem. Ut ascensio tertij gradus Leonis dicitur totus arcus æquinoctialis, ab Arietis principio usque ad

## Q V A E S T I O N E S

gradum æquinoctialis, qui cum 3. gradu Leonis  
oritur, qui arcus continet grad. 98. min. 18. ad  
eleuationem poli grad. 52.

Dic regulas ascensionum  
rectarum.

I

Quarte Zodiaci & æquinoctialis in æquali  
temporis spacio, id est, sex horis peroriantur. Est  
enim triangulus, quem constituunt illi duo arcus  
cum horizonte, æquirurus.

II

Partes harum quartarum inæqualiter perori-  
untur, quia cōstituunt cum horizonte angulū tri-  
um inæqualium laterum, qui συναλυός dicitur.

III

Signa æqualiter distantia ab uno quatuor pū  
ctorum habent æquales ascensiones. Vnde colligi-  
tur signa opposita æquales habere ascensiones.  
Quod sic colligo. Signa opposita semper habent  
aliquam collationem ad tertium signum aliquod,  
iuxta regulam prædictam, ut mox patebit. Ergo  
signa opposita habent æquales ascensiones. Ex-  
emplum. Gemini & Cancer habent æquales ascē-  
siones, quia æqualiter distant à puncto Solsticiali  
estiuo. Gemini & Capricornus habet etiā æqua-  
les

les ascensiones, quia à pūclo uernali æquidistant.  
Quare, iuxta regulam: quecumq; duo uni tertio  
conueniunt, illa etiam inter se conueniunt, sequi=  
tur Cancerum habere ascensionem æqualem ascē=  
sioni Capricorni. Gemini enim ascensionem e=  
andem habent cum Cancro, eandem etiam cum  
Capricorno, propter causam paulo antè ostēsam.  
Quare etiam ascensio Cancri eadem erit cum a=  
scensione Capricorni.

## III

*Ascensio uel ortus signi alicuius æqualis est  
descensioni seu occasui.*

## V

Quatuor signa oriuntur tantum recte, uidelicet, Gemini, Cancer, Sagittarius & Capricornus: reliqua octo obliquè oriuntur. Has regulas ex sequenti tabula intelliges.

## K

Q V A E S T I O N E S  
 QVOT GRADVS ET  
 MINVTA AEQVINOCIALIS  
 cuilibet signo eclipticæ respondeat  
 in sphæra recta ad eleuationem 52.  
 graduum, sequens tabu-  
 la indicat.

<i>Signa Zodiaci.</i>	<i>Arcus æquinoctialis</i>	<i>correspondentes.</i>
	G.	M.
Obl. Aries	27	54
Obl. Taurus	29	54
Rec. Gemini	32	12
Rec. Cancer	33	12
Obl. Leo	29	54
Obl. Virgo	27	54
Obl. Libra	27	54
Obl. Scorpius	29	54
Rec. Sagittarius	32	12
Rec. Capricornus	32	12
Obl. Aquarius	29	54
Obl. Pisces	27	54

Dic regulas ascensionum  
 obliquarum.

DHS

## I

Duae medietates conterminales inchoate à punctis æquinoctialibus simul peroruntur. Respondet enim utriq; medietati Zodiaci seu ecliptice medietas æquinoctialis, hoc est, gradus 180.

## II

Partes medietatum inæqualiter peroruntur: quia angulus, quem constituit ecliptica cum horizonte variatur: interdum est obtusus, interdum acutus: & quo obtusior est angulus, eo rectius ascendit signum: quo acutior angulus est, eo obliquius signum ascendit.

## III

Signa recte ascendētia oblique descendūt, ut Cancer recte ascendit: oritur enim de æquinoctiali 37. gr. 55 min. oblique autem descendit Cancer, subeunt enim cū signo Cancri, de æquinoctiali 1 gr. 26. min. 29. Itē signa oblique ascendentia, recte descendunt, ut Aries oblique ascēdit, hoc est, pauciores gradus oriuntur de æquinoctiali de ecliptica. recte autem descendit, hoc est, arcus æquinoctialis respondens arcui eclipticæ descendenti est minor quam 30. gradus.

## III

Ascensio signi aliquius est descensio signi op̄a

## Q V A E S T I O N E S

positi, & econtrā. Ut Arietis ascensio est gradus  
um 12. min. 48. Ergo oppositi signi Libræ uideli-  
cet descensio est gr. 12. min. 48.

## V

Ascensiones arcuum à principio Arietis usq;  
ad finem Virginis in sphæra obliqua (numera-  
do uidelicet semper à principio medietatis) sunt  
minores, quam eadem ascensiones in sphæra re-  
cta. Ut arcus Arietis in sphæra obliqua est gradus  
um 12. min. 48. in sphæra recta uero est gra. 27.  
min. 54. Sic duo signa coniuncta Aries & Tau-  
rus habent ascensionem in sphæra obliqua 29.gr.  
42. min. in sphæra recta uero graduum 57. min.  
48. Ascensiones autem arcuum à principio Li-  
bræ usq; ad finem Piscium sunt maiores in sphæ-  
ra obliqua quam in sphæra recta. Ut Libra &  
Scorpius, hec duo signa coniuncta habent ascen-  
sionem 55. gr. 54. min. in sphæra obliqua, in sphæ-  
ra uero recta 57. gr. 48. min.

## VI

Ascensiones signorum oppositorum in sphæ-  
ra obliqua simul sumptæ sunt æquales ascensio-  
nibus eorundem signorum in sphæra recta. Ut  
ascensio Arietis addita ascensioni Libræ in sphæ-  
ra obliqua est gr. 55. min. 48. Tanta est etiam in  
sphæra recta.

## VII

Signa æquidistantia ab alterutro punctorum æquinoctialium habent æquales ascensiones, quia æqualiter ab æquatore declinant. Ut Aries & Pisces, Aquarius & Taurus, Gemini et Capricornus, Scorpius & Leo. Porrò ad intelligendas has regulas conducit sequens tabula.

QVOT GRADVS ET  
MINVTA AEQVIN OCTIALIS  
cuilibet signo eclipticæ correspon-  
deant in sphæra obliqua ad e-  
luationem gr. 52, sequens  
tabula indicat.

## Signa Zodiaci.

Arcus æquinoctialis  
correspondentes.

	G.	M.
Obl. Aries	12	48
Obl. Taurus	16	54
Obl. Gemini	26	29
Rec. Cancer	37	55
Rec. Leo	42	54
Rec. Virgo	43	0
Rec. Libra	43	0

Q V A E S T I O N E S

	G.	M.
Rec. Scorpius	42	54
Rec. Sagittarius	37	55
Obl. Capricornus	26	29
Obl. Aquarius	26	54
Obl. Pisces	12	48.

SEC V N D V S L O C V S  
DE V S V O R T V S A S T R O S  
*nomici, seu de diebus naturalibus  
& artificialibus.*

Quis est usus doctrinæ de as-  
censionibus partium  
eclipticæ?

Doctrina de ascensionibus partium eclipticæ  
prodest & usum habet in doctrina de diebus na-  
turalibus & artificialibus.

Quotuplices sunt dies?

Quod usum ascensionum partium eclipticæ  
attinet dies sunt duplices, naturales, & arti-  
ficiales.

Quid est dies naturalis?

Est una integra equinoctialis re solutio cira-

68



et terram, cum additamento, hoc est, cum particula æquinoctialis, correspondente particule illi ecliptice, quam interim Sol perambulauit motu proprio contra motum primi mobilis.

Sunt ne dies naturales

æquales?

Dies naturales tam in sphæra recta quam in obliqua sunt inæquales.

Quare sunt inæquales in sphæra recta?

Dies naturales inæquales esse in sphæra recta duabus rationibus ostenditur.

I

Additamenta (hoc est, partes ecliptice quas Sol singulis diebus pertransit proprio motu) sunt inæqualia. Additamenta autem compleat dies naturales. Ergo dies naturales sunt inæquales.

Probatio maioris.

Partes enim ecliptice non habent æquales ascensiones, ut ex precedenti doctrina de ascensionibus patet. Quare gradibus eclipticae æquibus, non tamen respondent æquales arcus æquinoctialis.

II

Sol mouetur irregulariter in ecliptica. In spa

## Q V A E S T I O N E S

cio enim 24. horarum Sol aliquando uelocius, ali-  
quando tardius mouetur. Tardius quidem mo-  
uetur Sol in medietate meridionali quam in sep-  
tentriionali medietate, nouem dierum spacio: mo-  
ratur enim Sol in signis Borealis diebus 18 7.  
in australibus signis diebus 17 8. cum quadran-  
te. Dies autem naturales iuxta motum Solis ob-  
seruantur. Ergo & dies naturales sunt inæquales,

Quid est dies artificialis?

Dies artificialis dicitur tempus illud, quo Sol  
singulis diebus est supra horizontem. Porrò di-  
es artificiales in sphæra recta sunt æquales nocti-  
bus, in sphæra vero obliqua inæquales sunt, ex-  
ceptis tantum duobus diebus æquinoctialibus, qui  
bus Sol est in principio Arietis & Librae.

Quare dies artificiales in sphæ-  
ra recta sunt perpetuo no-  
ctibus æquales?

Huius rei due sunt rationes.

### I

Prior ratio sumitur ab intersectione circulo-  
rum. Horizon rectus circulos dierum naturalium  
in binas æquales portiones secat. Illæ autem por-  
tiones dies & noctes artificiales representant.  
Quare dies et noctes artificiales in sphæra recta  
sunt æquales.

## II

Posterior ratio sumitur ab ascensionibus. Semper in sphæra recta æquales medietates de æquinoctiali & Zodiaco oriuntur. Singulis autem diebus artificialibus oriuntur sex signa, quæ sunt una medietas. Ergo singulis diebus artificialibus totidem gradus etiam de æquinoctiali peroruntur, uidelicet 180, qui sunt una medietas. Et per consequens dies sunt æquales noctibus.

## Probatio maioris.

Maior est manifesta ex regulis supra traditis: Habent enim signa opposita æquales ascensiones ac descensiones, sicut demonstratum est supra: Item descensiones in sphæra recta sunt æquales ascensionibus.

Quare dies artificiales in sphæra obliqua, exceptis duobus æquinoctiis, diebus, sunt inæquales noctibus:

Sunt & huius inæqualitatis due rationes.

## I

Horizon obliquus circulos dierum naturalium in binos inæquales arcus diuidit, (excepto æquinoctiali circulo) ita ut semper maior portio super horizontem, & minor infra, aut minor su-

## Q V A E S T I O N E S

pra, & maior infra relinquatur. Iſti circuli repreſentat dies & noctes artificiales. Portio. n. ſeu ar-  
eas inferior nocte artificialē, portio uero ſuperior diem artificiale repræſentat. Ergo dies & no-  
ctes artificiales ſunt inaequales. Aequinoctialis  
autem quia in æquales partes ſecatur, diem nocti  
æqualem facit.

## II

Tota illa medietas à Cancri principio uſque  
in finem Sagittarij recte oritur, altera uero me-  
dietas oblique. Ergo dies illi artificiales erunt  
longiores, quibus plura ſigna recte ascendentia  
oriuntur: minores uero dies artificiales ſunt, qui  
bus plura ſigna oblique ascendentia oriuntur.

Quomodo eſt inuestigāda longitu-  
do diei alicuius artificialis?

Ad inueniendā longitudinem diei artificia-  
lis, opus eſt tabula ascensionū obliquarum ad lati-  
tudinem tuę habitationi accommodata. Qualis  
eſt hec, quam subiecimus propter adolescentes,  
quaे potest uſurpari & accommodari ad loca ea,  
quorum eleuatio eſt gra. 52. circiter.

Tabula

TABVLA ASCENSIO-  
NVM OBLIQVARVM AD LA-  
titudinem 52, gradum.

Cum gra- du eclipiti ce, Arietis.	Eclip.			AEqui.		
	G.	G.	M.	G.	G.	M.
	0	0	0	18	6	35
	1	0	24	17	7	3
	2	0	48	18	7	26
	3	1	13	19	7	52
	4	1	37	20	8	18
	5	2	2	21	8	44
	6	22	26	22	9	11
	7	2	52	23	9	37
	8	3	15	24	10	4
	9	3	40	25	10	32
	10	4	5	26	10	58
	11	4	20	27	11	29
	12	4	55	28	11	53
	13	5	28	29	12	20
	14	5	43	30	12	48
	15	6	50	Tauri		
Medietas septentrionalis.				0	13	48
				1	13	16
				2	13	45
				3	14	24
				4	14	49

Q V A E S T I O N E S

Eclip. Aequin.			Eclip. Aequin.		
G.	G. M.		G.	G. M.	
5	25 12		29	29	1
6	25 42		30	29	42
7	26 13		Gemimorum		
8	26 43		0	29	42
9	27 14		1	30	24
10	27 45		2	31	7
11	28 16		3	32	50
12	28 48		4	32	34
13	29 20		5	33	18
14	29 52		6	34	3
15	20 25		7	34	49
16	20 59		8	35	36
17	21 34		9	36	34
18	22 8		10	37	12
19	22 43		11	38	1
20	23 18		12	38	51
21	23 54		13	39	42
22	24 31		14	40	34
23	25 8		15	41	26
24	25 45		16	42	19
25	26 23		17	43	13
26	27 2		18	44	8
27	27 41		19	45	3
28	28 21		20	45	50

## IN SPHAERAM.

72

Eclip.	Aequin.		Eclip.	Aequinoct.	
G.	G.	M.	G.	G.	M.
21	46	56	13	71	28
22	47	54	14	72	44
23	48	53	15	74	0
24	49	53	16	75	17
25	50	54	17	76	34
26	51	56	18	77	52
27	52	50	19	79	18
28	54	2	20	80	30
29	55	6	21	81	50
30	56	11	22	83	10
Cancri.			23	84	31
0	56	21	24	85	51
1	57	17	25	87	12
2	58	24	26	88	34
3	59	31	27	89	57
4	60	39	28	91	20
5	61	48	29	92	43
6	62	58	30	94	6
7	64	9	Leonis		
8	65	20	0	94	6
9	66	32	1	95	30
10	67	45	2	96	54
11	68	59	3	98	18
12	70	23	4	99	42

Q V A E S T I O N E S

Eclip. Aequin.			Eclip. Aequinoct.		
G.	G.	M.	G.	G.	M.
3	102	7	29	135	34
6	102	32	30	137	0
7	103	57	<i>Virginis</i>		
8	105	22	0	137	0
9	106	47	1	138	57
10	108	12	2	139	54
11	109	38	3	142	20
12	111	4	4	142	47
13	112	30	5	144	13
14	113	56	6	145	40
15	115	23	7	147	6
16	116	49	8	148	32
17	118	15	9	149	58
18	119	42	10	151	24
19	121	8	11	152	50
20	122	39	12	154	16
21	124	2	13	155	43
22	125	28	14	157	8
23	126	55	15	158	59
24	128	22	16	160	0
25	129	48	17	161	26
26	131	19	18	162	52
27	132	41	19	164	18
28	134	8	20	165	43

IN SPHÆRAM. 93

Eclip. Aequin. Eclip. Aequinoct.

G.	G.	M.	G.	G.	M.
21	167	9	13	198	34
22	168	35	14	200	0
23	170	2	15	201	36
24	171	27	16	202	53
25	172	52	17	204	18
26	174	18	18	205	44
27	175	44	19	207	10
28	177	9	20	208	56
29	178	35	21	210	3
30	180	0	22	212	28

Libræ

0	180	0	24	214	20
1	181	25	25	215	47
2	182	51	26	217	13
3	184	16	27	218	40
4	185	42	28	220	60
5	187	8	29	221	33
6	188	33	30	223	0

Medietas meridionalis

7	189	59	Scorpionis		
8	191	25	0	223	0
9	192	51	1	224	20
10	194	17	2	225	53
11	195	42	3	227	19
12	197	8	4	228	49

Q V A E S T I O N E S

Eclip. Aequin.      Eclip. Aequinoct.

G.      G.      M.      G.      G.      M.

5      230      12      29      264      30

6      231      38      30      265      54

7      233      5      Sagittarij.

8      234      32      0      266      54

9      235      58      1      267      17

10     237      25      2      268      40

11     238      52      3      270      3

12     240      18      4      271      26

13     241      45      5      272      48

14     242      11      6      274      9

15     244      37      7      275      29

16     245      4      8      276      50

17     247      30      9      278      10

18     248      56      10     279      30

19     250      22      11     280      49

20     251      48      12     282      8

21     253      13      13     283      26

22     254      38      14     284      43

23     256      3      15     286      9

24     257      28      16     287      16

25     258      53      17     288      32

26     260      18      18     289      47

27     261      42      19     291      1

28     263      6      20     292      15

IN SPHEARA M. 73

Eclip.	Aequin.		Eclip.	Aequinoct.	
G.	G.	M.	G.	G.	M.
21	293	28	23	316	47
22	294	40	24	317	48
23	295	51	25	318	34
24	297	2	26	319	26
25	298	12	27	320	19
26	299	22	28	321	9
27	300	29	29	322	59
28	301	36	20	322	48
29	302	43	21	323	36
30	303	49	22	324	24
<i>Capricorni</i>			23	325	11
0	303	49	24	325	57
1	304	54	25	326	42
2	305	58	26	327	26
3	307	8	27	328	10
4	308	4	28	328	58
5	309	6	29	329	36
6	310	7	30	330	18
7	311	7	<i>Aquarij</i>		
8	312	6	0	330	18
9	313	4	1	330	39
10	314	8	2	331	39
11	314	57	3	332	19
12	315	57	4	332	58

L

Q V A E S T I O N E S

Eclip.	Aequin.		Eclip.	Aequinoct.	
G.	G.	M.	G.	G.	M.
5	333	37	29	346	44
6	334	25	30	347	12
7	334	52	<i>Piscium</i>		
8	335	29	0	347	12
9	336	6	1	347	40
10	336	42	2	348	7
11	337	17	3	348	39
12	337	52	4	349	2
13	338	26	5	349	29
14	339	2	6	349	56
15	339	39	7	350	23
16	340	8	8	350	49
17	340	40	9	351	16
18	341	12	10	351	42
19	341	44	11	352	8
20	342	15	12	352	34
21	342	46	13	352	59
22	343	17	14	353	25
23	343	47	15	353	50
24	344	18	16	354	19
25	344	48	17	354	40
26	345	17	18	355	5
27	345	46	19	355	30
28	346	15	20	355	55

20

## IN SPHÆRAM.

74

Eclip.	Aequin.		Eclip.	Aequinoct.	
G.	G.	M.	G.	G.	M.
21	356	20	26	358	23
22	356	45	27	358	47
23	357	9	28	359	12
24	357	34	29	359	36
25	357	58	30	360	0

## Vsus tabulae.

Iam exploraturus longitudinem diei alicuius artificialis, quære in tabula precedenti gradum æquinoctialis ascendentem cum gradu Solis, quem Sol tenet illo die, cuius longitudine quæritur. Quære deinde gradum æquinoctialis orientem cum gradu eclipticæ, qui Soli oppositus est. Arcus ille Aequinoctialis, qui inter duos illos gradus aequalis continentur, si per quindecim diuiditur, diei artificialis longitudinem ostendit.

Obseruabis autem: Si Sol ad oblatum dicemus est in medietate Septentrionali, gradum æquinoctialis ascendentem cum Sole, à gradu æquinoctialis ascidente cum gradu Eclipticæ, qui est oppositus Soli, subtrahe. Residuum diuide per quindecim: & habebis longitudinem diei artificialis. Ut die 1. Maij Sol est in 20. gradu

L 2

## Q V A E S T I O N E S

Tauri, iuxta quem gradum in tabula reperio gradum æquinoctialis ascensionalem 23. 18. min. Gradus Soli oppositus est 20. Scorpij, cuius gradus ascensionalis est 251. 48. min. Ab his gradibus & minutis substraho numerum priorem, uidelicet 23 gr. 18. min. & remanent 22 8. grad. qui diuisi per 15. ostendunt longitudinem diei artificialis oblati, uidelicet 15. horas, cum quadrante ferè, quas horas cum quadrante, si auferes ex 24. (continet enim dies naturalis horas 24) habebis longitudinem noctis illius artificialis, hor. 8. cum semisse & quadrante.

Siuero Sol ad oblatum diem, cuius longitudo queritur, est in signo australi: gradum æquinoctialis cum Sole ascendentem à toto circulo, hoc est, à gradibus 3 60. subtrahere residuo adde gradum æquinoctialis cum opposito Solis gradu ascendentem: & productum diuide per quindecim. Ut die 20. Novembbris Sol est in 8. gradu Sagittarij. gradus ascensionalis est 27 6. min. 50. Hæc subtracta à toto circulo, uidelicet à 3 60, relinquunt 83. grad. 10. min. Cum opposito Solis grad. hoc est, cum 8. gradu Geminorum, ascendunt de æquinoctiali gr. 35. min. 36. Quæ cum priori residuo uidelicet 83. gr. 10. min. constituant 11 8. gr. Hos diuide per 15. & prodibunt ferè 8. horæ, longitudi-

do

*do uidelicet quæsita diei oblati. Hinc sequitur  
noctem artificialem esse horarum 15. ferè.*

**Alius modus inueniendæ lon-**  
**gitudinis diei artificialis.**

*Primum quære ascensionē gradus oblati tam  
in recta quam in obliqua sphæra. Deinde mino-  
rem ascensionem ex maiori aufer. & residuum,  
si Sol fuerit in signis Septentrionalibus, adde 90.  
gradibus: Si uero fuerit in signis Meridionalibus,  
à 90. gradibus subtrahē. Postremo numerum re-  
manentem duplum per 15. diuide, & habebis  
diei artificialis propositi quantitatatem. ut 20. No-  
uembbris Sol est in s. Sagittarij gradu, cuius ascen-  
sio est in recta sphæra gr. 246. min. 13. in obli-  
qua uero 276. gr. 50. min. Iam facta subtractio-  
ne remanent gr. 30. min. 37. Hoc residuum, quia  
Sol est in signo Australi, aufero ex 90. & rema-  
nent grad. 59. min. 23. Huius duplum, 118. diui-  
sum per 15. longitudinem dici oblati ostendit  
esse octo ferè horarum.*

**TERTIVS LOCVS DE**  
**ACCIDENTIBVS QVIBVS DAM**  
*inhabitantium sphæram.*

L 3

Q V A E S T I O N E S

I

Quæ sunt proprietates habitantium sub æquinoctiali?

- 1 Habent perpetuum æquinoctium.
- 2 Solem habent bis uerticalem.
- 3 Habent duplicita Solsticia.
- 4 Duas habent æstas & hyemes.
- 5 Quinq; habent differentias umbrarum.
- 6 Illis perpetuo oriuntur & occidunt oës stellæ.

II

Quæ sunt proprietates habitantium eleuationem poli minorē rem 23. grad. 30. min.

- 1 Inæqualitas dierum & noctium.
- 2 Sol bis uerticalis.
- 3 Duplex æstas & hyems.
- 4 Duplicita Solsticia.
- 5 Quinq; differentiæ umbrarum.

III

Quæ sunt proprietates habentium eleuationem gr. 23. mi. 30.

- 1 Sol est illis semel uerticalis.
- 2 Habent 4. differentias umbrarum.
- 3 Dies sunt inæquales noctibus.

Quæ

## III

Quæ sunt proprietates habentium eleuationem maiorem 23. gr. 30. mi.  
minorem uero 66. gr. 30. mi.

- 1 Habent maiorem dierum inæqualitatem. quo enim magis eleuatur polus, eo maior est inæqualitas dierum, donec polus fistatur in uertice:
- 2 Sol est illis nunquam uerticalis.
- 3 Habent 3. differentias umbrarum.
- 4 Habent duo Solficia, altum & imum.

## V

Quæ sunt proprietates habentium eleuationem 66. gr. 30. min.

- 1 Sex signa illis oriuntur uno quasi momento: reliqua sex cum toto æquinoctiali ascendunt.
- 2 Sole existente in principio Cancri habent diem artificalem 24. horarum: & tantam noctem in principio Capricorni.
- 3 Zenith ipsorum singulis diebus semel est idem cum polo Zodiaci.

## VI

Quæ sunt proprietates habentium eleuationem maiorem 66. gr. 30.  
min. minorem uero 90. gr.

## QVAESTIONES

- ¶ Partes uicinæ Cancri principio non occidunt: unde quando Sol est in illis partibus habent diem artificialem pro quantitate illius arcus, qui non occidit. Partes uero uicinæ principio Capri corni nō oriuntur. unde etiā noctem habent pro quantitate arcus, qui occultatur.
- ¶ Signa illis præposterè oriuntur & occidunt.

## VII

### Quæ sunt proprietates habitantium sub polo?

- ¶ Habent Horizontem & æquinoctialem coniunctos.
- ¶ Una medietas Zodiaci perpetuo est sub horizonte, altera supra.
- ¶ Vnde habent tantum unum diem in anno artificiali, & noctem unam artificiali.

## QVARTVS LOCVS de climatibus,

### Quid est clima?

Est spacium terræ habitabilis inter duos parallelos comprehensum, in quo sensibiliter loc est, ad semissim horæ mutatur horologium. elongando enim ab æquatore ad polum alterutrum semper sit maior inæqualitas dierum artificialium.

Quare

Quare etiam, quotum aliquod clima fuerit, tot  
semihoris longissimus eius loci dies diem noctis  
æqualem, hoc est, 12. horas superat.

**Quid sunt paralleli circuli?**

Sunt circuli æqualem distantiam ab invicem  
habentes, & nunquam concurrentes.

**Quot sunt climata?**

Author sphaeræ septem ponit, quibus indit no-  
mina à locis, per quæ media climatum transeunt.  
ut primum clima dicitur dia Meroës, quia medi-  
um primi climatis transit per Meroën, Africæ  
ciuitatem. Secundum clima dicitur dia Syenes,  
quia eius medium transit per Syenen, quæ ciui-  
tas Aegypti est. Tertiū climatis medium transit  
per Alexandriam. Quartū climatis medium per  
Rhodum insulam. Quintū medium per Romanum.  
Sextum clima fortitum est nomen à Boristhene  
Scythæ fluo, qui in Pontum fluit. Septimum à  
Rypheo montibus Scythæ.

**Sunt ne plura climata?**

Recentiores adhuc duo addunt, qui post quin-  
tum clima dia Romes, Sextum constituunt dia Po-  
tis. Septimum dia Boristhenes, Octauum dia  
Rypheos. Nonum dia Danias. Possunt & plura  
addi deinceps simili ratione.

Q V A E S T I O N E S  
Quid interest inter climata  
& Zonas?

Geographi, ut supra dictum est, imaginantur in terra quinqup parallelos, subiectos aequinoctiali, & quatuor circulis minoribus: qui quatuor circuli minores distinguunt seu secat totam terram in quinqup plagas seu regiones, quae Zone dicuntur: quae ostendunt quae partes terreni globi sint habitabiles, hoc est, commodae ad inhabitandum, quae inhabitabiles, hoc est, incommode sint habitationis. Per climata autem terrae partes habitabiles distinguunt.

Quare ueteres cuilibet climati addiderunt semihoram?

Vt praeceps quantitas diei longissimi in uno quoque climate posset inueniri.

Quanta est latitudo climatum?

Climata non habent eandem latitudinem. Latiora sunt, que sunt aequinoctiali propinquiora: angustiora, que ab aequinoctiali remotiora. Ut tandem initium, medium, & finem, item latitudinem uniuscuiusque Climatis in promptu habeant adolescentes, subiunctione Tabulam hae omnia continentem.

Tabula

# T A B V L A   O S T E N D E N S   I N I T I V M,

medium, finem, & latitudinem cuiusqe climatis.

Principium ubi est	Medium ubi est	Finius ubi est	Latitude													
Elevat. Longiss.	Elevat. Longiss.	Elevat. Longiss.														
tio po- mus dics	tio po- mus dies	tio po- mus dies														
li. estatis.	li. estatis.	li. estatis.														
G. M.	H. M.	G. M.	G. M. H. M.													
Prim <i>clim.</i>	12	43	12	45	16	43	13	0	20	33	13	15	7	50	117	C <small>o</small> semib.
Secund <i>clim.</i>	20	33	13	15	24	11	13	30	27	35	13	45	7	3	106	ab <i>q<small>uad.</small></i>
Terti <i>clim.</i>	27	36	13	45	30	47	14	10	33	45	14	15	6	9	92	cum quad.
Quarti <i>clim.</i>	33	45	14	15	36	30	14	30	39	2	14	45	5	17	79	cum quad.
Quint <i>clim.</i>	39	2	14	45	41	22	15	0	43	32	15	15	4	30	67	cum semij <i>se</i>
Sext <i>clim.</i>	43	32	15	15	44	19	15	30	47	20	15	45	3	46	57	
Septimi <i>clim.</i>	47	20	15	45	49	1	15	0	50	33	15	15	3	13	48	C <small>o</small> quadrans
Ottimi <i>clim.</i>	50	33	16	15	51	58	16	30	53	17	15	45	2	44	41	
Noxi <i>clim.</i>	53	17	16	45	54	29	17	0	55	34	17	15	2	17	34	C <small>o</small> quadrans

## Q V A E S T I O N E S

Ita uides differentiam ab initio primi climatis  
ad finem noni esse horarum quatuor & semiſis.  
Differentiam uero latitudinis graduum 42. min.  
51. hoc est, miliarium 645. cum semisse & qua-  
drante. Vides etiam Authorem ſpherae loqui no  
de germanicis miliaribus, ſed de talibus,  
quorum quatuor ferè conſtituant  
unum miliare germanicum.

FINIS Q V A E S T I O-  
num tertij libri.

*Questiones*

IN SPHAERAM. 79  
QVAESTIONES IN  
QVARTVM LIBRVM  
sphaeræ.

Quæ est summa quarti  
capitis?

**H**actenus de primo mobili dictum est. In  
hoc quarto capitulo de secundis mobili-  
bus, atq; de passionibus Solis & Lunæ  
ea, quæ ab alijs Authoribus copiosissime tractan-  
tur, leuiter attinguntur. Quare & nos erimus  
in hoc capitulo breviores: præfertim cum de secundis  
mobilibus Theoreticas conscripsit Purbach  
us, in quas erudita extant Scholia doctissimi viri  
M. Erasmi Reinholti professoris Mathematum  
in schola Vitebergensi.

PRIOR PARS LIBRI  
DE SECUNDIS MOBILIBVS,  
& primum de SOLE.

I

DE NUMERO ORBIVM  
SOLIS.

Quot Soli habet orbes?

Tres. Priora duo sunt orbes augem Solis de-  
ferentes, quorum alter uocatur augem Solis de-

## Q V A E S T I O N E S

rens, qui tantum secundum exteriorem superficiem mundo concentricus est: alter vocatur deferens oppositum Augis, qui tantum secundum superficiem interiorem mundo concentricus est. Tertius, est orbis corpus solare deferens, qui Eccentricus dicitur, quia secundum utramque superficiem, uidelicet concauam & conuexam eccentricus est, hoc est, aliud centrum à centro mundi habet.

## Sunt ne orbes Planeta- rum reales?

Non sunt re ipsa tales orbes in celo: sed tantum finguntur propter discentes, ut hoc modo saluentur motus corporum celestium.

## Quare Soli additur Ec- centricus?

Quia spacia, quae sunt inter Aequinoctia, sunt inæqualia. Sol enim conficit ferē 187. dies ab æquinoctio uerno usq; ad autumnale, in signis vide licet borealibus, & ab æquinoctio autumnali usq; ad uernum, hoc est, in signis australibus, 178. dies cum quadrante. Atque ita in medietate Septentrionali, hoc est, à principio Arietis usq; ad finem Virginis, Sol tardius mouetur quam in reliqua medietate nouem ferē dierum spacio. Item quando Sol est in Auge, & Luna in opposito Augis, multo

multo maior fit eclipsis Lunæ, quam quando  
Sole est in opposito Augis & Luna in Auge. Quia  
re sequitur Solem alias longius abesse à terris,  
alias proprius. Posito autem Eccentrico, necesse  
est poni duos concentricos, alterum secundum suam  
perficiem exteriorem, alterum uero secundum  
interiorum superficiem, ut sphaera Solis mundo  
sit concentrica.

**Quare tres orbes assig-  
nantur Soli:**

Propter duas causas, Primo propter necessita-  
tem. Mundum enim rotundum esse probatum est  
in primo capite. Iam si poneretur circulus eccen-  
tricus, & non completerentur spacia illa interme-  
dia, sequeretur absurdum, uidelicet esse uacuum in  
natura, & esse corpus sine loco. Deinde propter  
usum seu officium deferentium. Deferunt enim  
Augem & oppositum Augis, eaque progressu tem-  
poris deducunt in alia atq; alia Zodiaci loca.

## II

### DEFINITIONES.

**Quid est Aux?**

Est punctus deferentis augem, maxime à cen-  
tro terre distans.

**Quid est oppositum Augis?**

## Q V A E S T I O N E S

*Est punctus deferentis maximè centro terræ propinquus.*

**Qui sunt orbes deferentes augem Solis?**

*Sunt duo orbes, quorum supremus secundum superficiem conuexam est mundo concentricus, & secundum superficiem concavam est eccentricus. Infinis uero secundum superficiem conuexam est eccentricus, & secundum concavam concentricus.*

**Qui orbis dicitur Eccentricus Solis?**

*Est orbis deferens corpus Solare, medius inter duos deferentes augem: ad cuius motu Sol incedit sub ecliptica: & qui tam secundum superficiem concavam quam conuexam aliud à mundo centrum habet. Quare & simpliciter Eccentricus dicitur.*

### III

## DE MOTU ORBI VM SOLIS.

**Quomodo mouentur deferentes augem?**

*Mouentur ad motum octauæ sphære, que mouetur annis centum per gradum i. min. 28. Hoc motus*

motu variatur Aux Solis, que Plinij tempore fu  
it in medio Geminorum, & est hoc nostro tempo  
re in secundo gradu Cancri.

### Quomodo mouetur Eccen- tricus Solis?

Mouetur quotidie 59. minutis, s. secundis,  
19. Tertijs, &c. Et hic est diurnus Solis motus:  
Estq; hic motus regularis super proprio centroz  
sed fit irregularis & inequalis super centro  
mundi.

## DE LVNA.

### I

#### DE NVMERO ORBIUM LVNAE.

Quotorbes habet Luna?

Quatuor, uidelicet Eccentricum, Diferentes  
Augem, Aequantem, & parvam sphærulam, que  
Epicyclus uocatur.

### II

#### DEFINITIONES.

Quid est eccentricus Lunæ?

Est orbis, qui sicut & in Sole secundum utram  
que superficiem eccentricus est: & defert Epicy-  
clum.

Quid sunt deferentes augem?

### M

## Q V A E S T I O N E S

Sunt orbes, quales & in Sole sunt descripti,  
quorum alter secundum superficiem exteriorem  
tantum est concentricus mundo, alter secundum  
superficiem tantum interiorem.

Quid est æquans Lunæ?

Est circulus in superficie eclipticæ concentri-  
cus cum terra, deferens caput Draconis, quem ec-  
centricus Solis intersecat in duobus locis, qua lo-  
ca uocâtur Nodi. Intersectiones autem illæ uocan-  
tur Caput & cauda Draconis. Porro, Sole &  
Luna simul existentibus in uno horum puncto-  
rum, aut prope, fit Eclipsis Solis, Sole uero exi-  
stente in capite Draconis, & Luna in Cauda, aut  
contrà, fit eclipsis Lunæ.

Quid est caput Dra-  
conis?

Est illa intersectio, per quam Luna mouetur à  
Meridie uersus Septentrionem.

Quid est cauda Draconis?

Est altera intersectio, per quam Luna moue-  
tur à Septentrione in Meridiem.

Quid est Epicyclus?

Est parua sphærule Eccentrico orbi inserta,  
à quo & defertur. Huic sphærule affixum est  
corpus Lunæ.

De

## III

DE MOTU ORBIVM LVNAE.

Quomodo mouetur Eccen-  
tricus Lunæ?Mouetur cōtra seriem signorum singulis 24.  
horis, gradibus 13. minutis 11.Quomodo mouentur defe-  
rentes augem?Mouentur spacio 24. horarum, 11. gradibus,  
12. minutis.

Mouet ne Luna sub Ecliptica?

Non mouetur sub Ecliptica. Cū enim Poli  
Eccentrici declinet à Polis Eclipticæ per quin-  
que gradus, necesse est Eccentricum quoq; declin-  
nare ab Ecliptica, altera uidelicet eius parte uer-  
sus Septentrionem, altera uersus Meridiem.Quomodo mouetur æquans  
Lunæ?Mouetur contra successionem signorum spa-  
cio 24. horarum, tribus minutis, ita ut una revo-  
lutio contineat annos integros 18.

Quomodo mouetur

Epicyclus?

Mouetur in quolibet die naturali, 13. gradis

## Q V A E S T I O N E S

bis, 4. minutis, ita ut semel circumvoluat ~~spacio~~ dierum 27, horarum 13. min. 18. sc. 34. Mo-  
uetur autem Luna in superiore parte Epicycli co-  
tra successionem signorum, in inferiori uero se-  
cundum signorum successionem.

### DE RELIQVIS PLANETIS.

Quot orbes habent reli-  
qui Planetæ?

Habent etiam quatuor, & præterea Epicy-  
clum sicut Luna.

Quid est statio Planetæ?

Stationes Planetarum sunt duo puncta Epicy-  
cli, alterum uersus orientem, quod & statio pri-  
ma dicitur, alterum uersus occidentem, quod uo-  
catur statio secunda. Vnde Planeta in alterutro  
borum punctorum existens stationarius dicitur.

Quid est directio?

Est arcus Epicycli superior inter duas statio-  
nes interceptus. Vnde Planeta existens in Epicy-  
cli parte superiore dicitur Directus.

Quid est retrogradatio?

Est arcus Epicycli inferior inter duas statio-  
nes interceptus: & dicitur retrogradatio, quia  
in illa medietate Planeta existens retrogreditur.  
Vnde & retrogradus Planeta uocatur.

Altera

**ALTERA PARS LIBRI,**  
de passionibus Solis & Lunæ.

**Quid est eclipsis Lunæ?**

Est interpositio terræ inter corpus Solis &  
Lunæ, ita ut Sol, Terra, & Luna in eadem sint li-  
nea. Talis Solis & Lunæ oppositio dicitur oppo-  
sitio diametralis. Et est eclipsis Lunæ defectus lu-  
minis in Luna.

**Quotuplex est eclipsis  
Lunæ?**

Duplex, generalis seu totalis, quando totum  
corpus Lunæ obscuratur seu lumine deficit: & fit  
quando Luna fuerit in capite uel in cauda Draco-  
nis. Particularis quando Luna non tota, sed tan-  
tum pars Lunæ obscuratur, & fit non in predi-  
ctis intersectiōibus, sed prope illas intersectiōes.

**Quando & quomodo fit ecli-  
psis Lunæ?**

Fit, ut modo dixi, Sole & Luna existentibus  
in capite & cauda Draconis, aut non procul  
ab illis intersectionibus: Luna uidelicet in cau-  
da existente, Sole uero in capite: aut contraria, Luna  
in capite & Sole in cauda. Cum autem Luna lu-  
men suum à Sole habeat, & terra, corpus opacū,  
sit minor Sole, & maior quam Luna, sequitur in-

## Q V A E S T I O N E S

oppositione diametrali, hoc est, quando in eadem linea sunt Sol, Terra & Luna, Lunam umbraterrae tegi, & splendorem amittere.

Quare non singulis mensibus est eclipsis Lunæ, cum singulis mensibus sit oppositio?

Hoc fit quia non singulis mensibus est diametralis oppositio, deinde quia Sol maior est quam terra: ita enim fit ut umbra terræ sit pyramidalis. Si enim alterius figuræ esset umbra terræ, ut si representaret figuram cylindri aut calathi, necesse esset singulis mensibus eclipsim fieri.

### DE ECLIPSI SOLIS.

Quid est eclipsis Solis?

Est defectus luminis Solis. Porro dicitur defectus tantum quo ad nos. Non enim reuera deficit lumine, sed tantum adimitur terre.

Quomodo fit eclipsis Solis?

Fit quando utrūq; luminare est in alterutro nondorum, aut prope. Et quia Luna est infra Solem, & in coniunctione inter aspectum nostrum & Solem interponitur, Solem terris adimit.

Quotuplex est eclipsis Solis?

Duplex, uidelicet totalis & partialis. Totalis est, quando Solis corpus totum tegitur. Partialis

lis

IN SPHAERAM.

14

*lis est quando tantum pars Solis tegitur, pars conspicitur.*

Est ne totalis eclipsis Solis  
uniuersalis?

Eclipses Solares non sunt uniuersales. hoc est,  
potest esse eclipsis Solis in uno climate, cū in alio  
climate nulla sit eclipsis: hoc autē propterea fit,  
quia Sol est maior & terra & Luna: item quia  
terra est maior quam Luna. Sol enim habet se ad  
terram sicut se habent 6644 & semis is ad uniu-  
tate. Item terra se habet ad Lunam sicut 39. &  
quadrans ad unitatem. Sol ad Lunam se habet si-  
cut se habent 25079. cum quinq; octauis ad  
unitatem.

Possunt ne & aliæ stellæ  
eclipsari:

Venus & Mercurius non possunt incurvare  
in umbram terræ, quia non multum à Sole rece-  
dunt. Deinde umbra terræ non attingit sphæras  
reliquorum Planetarum. Possunt tamen singulis  
diebus quædam stellæ in Zodiaco eclipsari, sicut  
Sol eclipsatur, ita uidelicet si Luna interponatur  
inter stellam aliquam & oculum uidentis.

FINIS QVAESTIONVM  
libelli de sphæra.

## ERRATA.

Folio quarto facie secunda linea 18. integra  
debet linea. Legas ergo sic: à quo linea educta  
aut ad alteram superficiem tantum, ut in deferentib;  
tibus, aut ad utrancq; ut in eccentrico, inuicem  
sunt æquales, &c.

Fol. 18. facie priori linea 15. numeri distin-  
guantur sic 5154  $\frac{12}{22}$

Ibidem, linea 17. numeri sic distinguantur  
 $\frac{8718}{66} \frac{32}{66}$

Fol. 33. facie secunda, linea 15, pro 54. lege 60.

Fol. 50. facie priori linea 5. lege elongationē.

Observandum etiam fol. 41. in exemplo de di-  
stantia Basileæ & Augustæ, non intelligi Augu-  
stam nobilem Rhœtie urbem, sed uetus tam quan-  
dam arcem, sicut & longitudo & latitudo ostendunt.

31 02438 1 031



**BLB**

Badische Landesbibliothek  
Karlsruhe

QVES  
LIBEL  
S  
DE VITA  
ET



**BLB**

Badische Landesbibliothek  
Karlsruhe